



1688.

1. Frommann, de Andrea: Collatio arbitraria actionum cum non arbitriis
2. Gross, Michael: De pacto futuri contractus preparatorio.
3. Harpprechtus, Ferdinand Christophorus: De testimonio testamentario legatario permissio
4. Harpprechtus, Ferdinand Christophorus: De successione filiorum nobilium remuneratarum, ex testamento etc.
5. Harpprechtus, Ferdinand Christophorus: De testimonio testamentario, mortis causa donataris, et tam ipsius, quam legatarii et fiduciarii, in cordibus.
6. Harpprechtus, Ferdinand Christophorus: De transmissione hereditatis, a persona extranea, in/ubi velatae



1688

7. Harpprechtus, Ferdin. Christophorus : de venationibus  
precaris
8. Harpprechtus, Ferdinand Christophorus : de transactione  
super fideicommissis, inter personas et illud vacantes
9. Harpprechtus, Ferdinand Christophorus : de testimoniis  
testamentariis fideicommissarii
10. Harpprecht, Ferdinand Christophorus : de testimoniis  
testamentariis haeredi interdicto
11. Hurier, Joh. Adamus : de immunitate studiorum  
aliorumque sanctorum a censualitate
12. Schroederus, Gabriel : de exceptione non im-  
pleti contractus.

1689

1. Grassus, Michael : de eo, quod factum est circa  
reimperatorem bellicam, iniquae hostium



occupationis et detentionis correctivam.

1689

24. <sup>et</sup> Harpprechtus, Ferdinand Christophorus: De separa-  
tione liberorum familias ab economia paterna.

3. Harpprechtus, Ferdinand Christophorus: De salario  
pro operis liberorum praestando.

4. Harpprechtus, Ferdinand Christophorus: De trans-  
actione judiciali.

5. Scheinmann, David: De commercio circa libe-  
rum hominem.

6. Schredlers, Gabriel: De usuris pretio lictis  
soluti.



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to fading and the quality of the scan. It appears to be a list or a series of entries, possibly related to a collection or inventory.













O. D. B. V. 742  
DISQUISITIO INAUGURALIS

ARBITRARIA  
NON ARBITRARIUM.

à plerisque fore hactenus  
obscure tractam.

Collationem cum Non-Arbitrariis.

INDULTU  
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS,

PERAGENDI HAC EBERHARDINA,  
PRESIDE

DN. JOH. ANDREA Strommann/  
J. O. D. & P. P.  
Eruditorum Praesidi,

hujusmodi tractatus in hunc modum se habet Honoribus  
venerabilibus PRAESIDENTIBUS,

M. ANTONIO WENDTLANDT.

Eruditorum Praesidi.

IN AULA NOVA

MDCCCLXXV. Anno MDC LXXV.  
Venerabilibus.

TUBINGAE.

Typo MARTINI ROMMEL.









DISSERTATIO JURIDICA, 17.

DE

TRANSACTIONE JUDICIALI;

Quam,

Auxiliante TRIUNO NUMINE,

Permissu

MAGNIFICI, IN PERANTIQUA EBER-  
HARDINA, ICTOR. COLLEGII;

PRÆSIDE

DN. FERDINAND-CHRISTOPHORO  
HARPPRECHTO, U. J. D. & PP. SEREM.  
WÜRT. DUC. CONSILIARIO;

IN ACROATERIO JURIDICO,

*Ad diem 2. August.*

Horis consuetis,

*publica Ventilationi submittit*

JOHANN-ULRICUS REINHARD, Beutel-  
spaco- Schorndorffens.

ANNO Salutif. incarnat. M. DC. LXXXIX.



TUBINGÆ,

Typis MARTINI ROMMEII.

699

1689/4.

17



000

27

DISSEMINATIO JURIDICIS  
DE  
TRANSACTIONE JUDICIALI

Disputatio

Auctoris Terrino Terrino

Primum

MAGNIFICI IN PRAESIDIUM EBRE

REPUBLICANAE COLLEGIUM

PRaeside

DR. FERDINAND-CHRISTOPHORO

HABERLICH, B.D. & P. S. S. M.

IN PRAESIDIUM

IN PRAESIDIUM

IN PRAESIDIUM

IN PRAESIDIUM

JOHANN-ULRICHUS WERNHARD, P. S. S. M.

IN PRAESIDIUM

IN PRAESIDIUM

DR. MARTIN RÖHMEL







I. N. S. S. T.  
P R O O E M I U M.

**V**T Cives amicissimè inter se vivant, eorumq; dissidia, quantum possibile, caveantur, vel mota, quamprimum & in prima statim herbâ, quâcunq; commoda ratione, opprimantur; ipsa Salus Republicæ, suprema Lex flagitat. Dissidiis namque omnia jura & pietatis Vincula laxantur, laxata rumpuntur, perrupta ipsam planè Republicam pessundant; sic ut verissimè, autore Laërtio, d. Vit. Philos. l. 1. Liviâ Comitum Miseriam dixerit Chilo Lacedæmon. Undè, ne quid Republica ex litibus singulorum caperet detrimenti; imò ne quæ res singulorum, per capitales ex rixis & litibus inimicitias, expensarum jacturam, corporis & animi inquietudinem, vindictâ cupidinem, pietatis & precum individuum neglectum, temporalem vel æternum incurrat interitum, saluberrimum introductum est, & utinam frequentius frequentaretur, inter illos præferim, qui Principi pacis Christo nomen debent! utrum expediendarum remedium, Transactio; remedium tam serivè in sacro Codice & emixè commendatum, ut B. Augustinus in hæc Salvatoris verba: Concorda cum Adversario, Nescis, inquit, quando vita finita fuerit, iudex restat, Minister & Carcer: At si servaveris adversario tuo bonam voluntatem, & cum eo consenseris, pro Iudice invenies Patrem; pro ministro sero Angelum tollentem te in sinum Abrahæ; pro carcere paradisum; in lib. de Verb. Dom. Cum vero in primis Iudicis auctoritate munita Transactio præ cæteris eminent; quocirca, colendissimi Parentis jussu, ante meum è castris Musarum discessum, publicum studiorum specimen editurus, ex commendatione Dni Præsidis, hoc in foro, (quod dicit Gailus, de P. P. l. 2. c. 18. n. 12.) utilissimum thema selegi, cujus adornationem ut ipse DEVS PACIS sua gratiâ adjuvet, ardentissimis ab illo contendo precibus.

A

T H E -





## THESIS I.

**V**Ox Transactionis unde sumpta sit? videri potest ap. Azon. *in summ. Cod. d. transact. in princ.* Joh. Cruceum, *ad rubr. π. eod.* Hiltrop. *d. proc. judic. p. 2. t. 17. num. 5.* De vario illius significato, ne hic actum agamus, conferri potest Joseph. Urceol. *ir. d. Transact. Q. 1. Octav. Amarin. ad rubr. π. d. transact. n. 6. & seqq.*

Vox Judicialis quid inpraesentiarum denotet? ex sequentibus elucescet, cum circa hoc ipsum tota haec dissertatio à capite ad calcem sit occupata. Illud unicum hic monemus, nos judicialem Transactionem hic non appellare in illo sensu, quò hoc nomine utitur Casp. Klock. *in Relat. Cameral. 25. n. 27.* ubi Judicalem sive contentiosam appellat illam, quando finis controversiæ, arbitriò aut sententiâ Tertii, imponitur, sive is Judex sit, sive arbiter, sive Arbitrator, aut quis alius. Verùm, missis his vulgaribus, ad rem ipsam nos conferimus.

II. Describimus itaque hanc Transactionem, quòd nil aliud sit, quam non gratuita, & vel autoritate judiciali inter partes conventa, vel privatim conventa & à iudice confirmata rei dubiæ decisio.

Decisio, dicimus, ut in genere Transactio decisio audit, in *l. 3. §. 1. ad L. Falc. l. 33. C. de Transact. l. 13. C. de furt.* Dav. Mevius, *p. 7. Dec. 9. n. 2.* Dicimus, secundò, Decisio non gratuita; cum omnis Transactio aliquo dato vel retento, atque ita non gratis, fieri debeat, *l. 21. l. 38. C. de Transact. jung. Frantzk. ad π. eod. tit. n. 8.* Dicimus, tertio, Decisio conventa, seu per conventionem facta; ut in primis hæc Transactio contradistinguatür tum sententiæ Judicis, ut quæ etiam in invitos notoriè redditur, *l. 83. §. 1. de V. O. Ferdin. Arias de Mesa, V. R. l. 3. c. 15. n. 21.* & non per partium conventionem; sed per Judicis vel condemnationem vel absolutionem fit; *l. 1. ff. de re jud. Richter. velit. Acad. 15. th. 5.* tum laudo Arbitrorum compromissariorum, quod quidem & ipsum non aliter valet, quam ex partium compromittentium consensu, *l. 5. C. de recept. arb. l. 7. C. de fer. & ad instar Transactionis esse dicitur; ex Bl. Alex. Paulo de Castro, Rota Genuensis, Dec. 21. n. 11.* Sed tamen hæc Compromittentium conventio, quæ arbitri eliguntur, ipsam Litem non determinat; sed hoc saltem operatur, ut Arbitri electi causam inter illos controversam cognoscere, & sententiam ferre possint. B. Dn. Lauterb.



terb. de Arbitr. compromiss. th. 39. videat. latissime hæc excutiens Urceolus, d. tr. Q. 2. per tot. tum Jurijurando, quod litis directò decidendæ & finiendæ ergò Pars parti defert: Nam ipsa quidem Jurisjurandi delatio & susceptio per conventionem fit: Jung. Dn. Lauterb. de juram. vol. 5. IV. n. 72. veruntamen ipsa rei controversæ decisio non per illam juramenti delationem & susceptionem fit; sed demùm per Rei, vel Actoris jurantis religiosam assertionem, sibi dari vel fieri aliquid oportere. Vid. Chr. Ph. Richter. vel. Acad. 43. cap. 2. Dicimus, quartò, autoritate judiciali **Conventa**; vel **privatim conventa** & à **Judice confirmata**: quibus verbis inter hanc & alias quasvis transactiones intercedens Differentia specifica intimatur; de quâ inferius magis erimus solliciti. Dicimus, quintò, **Rei dubiæ**; quam omnis Transactio pro Objecto requirit, juxta *text. cardin. in l. 1. de transact.* Unde vulgò Ddres tria Transactionis substantialia requisita constituunt, quòd scil. illa (1.) super re dubiâ; (2.) non gratis; & (3.) utrinque bonâ fide fieri debeat; per *dd. text. Confer. omninò Dn. ab Andlern, in Jurisprud. quâ publ. quâ privat. l. 2. tit. 4. n. 2. & seq.*

III. **Divisiones** hæc Transactio omnes illas, ceu **communes**, quas quælibet alia merè privatâ autoritate conclusa, admittit & recipit, sic ut etiam hæc vel **simplex** fit, ac proindè aut per nudum pactum fiat; l. 2. de transact. l. 15. l. 17. C. cod. aut per contractum innominatum; l. 30. C. cod. vel **mixta**, seu talis, cui insuper accedit solennis stipulatio, eaque vel nuda, vel Aquiliana; juxta tradita Frantzki, ad d. tit. num. 10. & 11. Secundò & hæc, ratione Objecti, non solum **specialis**; sed etiam **generalis**, imò quandoque etiam **universalis** esse potest, juxta ea, quæ habentur in l. 3. l. 31. Cod. l. 9. ff. de transact. l. 29. ubi Glossâ & Dd. C. cod. Urceol. d. tr. Q. 8. n. 22. Joh. Versteegen, de Transact. Obs. 10. Hahn. ad Wesenb. cod. tit. num. 3. quemadmodum nec, tertio, quidquam impedit, quò minus illâ vel sine vel cum **Juramento** ineatur, arg. l. 41. C. d. t. Quartò illud quidem in hac Transactione haud infrequens est, ut in casum, si ei contraveniatur, **certa pœna** statuatur, quæ contravenientem manere debeat; congr. *L. 15. n. & L. 37. C. d. tit.* sed tamen non minus etiam judiciales Transactiones, quæ non sunt pœnales, seu pœnæ formidinis sigillo firmatæ, totâ die celebrari, ipsa quotidiana docet Experientia. Jungat. *J. W. Hoffg. Ordn. p. 1. tit. ult. pag. 41. rubr. verspruch der Güte. ic. & p. 3. tit. 26.*

A 2

IV.



IV. In specie verò hæc ipsa Transactio, de qua impræsentiarum sermonem habemus, ita commodè dispesci posse videtur, quod illa vel à **Judice seu superiore sit imperata**; vel (2dò) à **Judice, seu Mediatore, conciliata**; vel, (3tiò) à **Judice tantum confirmata**. Prima illa est, quam **Judex, vel competens Magistratus**, in aliquibus casibus, ex certis & justè urgentibus causis, **invitas quoque partes inire compellit**, & ut plurimum suo etiam decreto corroborat. **Secunda**, quam **Judex inter partes, coram sese eousque litigantes, vel in posterum litigaturas, amicabili compositione ipse conciliat**. **Tertia**, quam **Judex ab ipsis litigantibus vel solis initam, vel à privatis mediatoribus conciliatam tantummodò confirmat**. Conf. L. 7. ibi: *pacisfui suadentis. C. d. sent. & interl. L. 38. ibi: ap. Acta interposita. C. d. Tr. L. 1. §. 10. d. N. O. N. Hahn. ad Wesemb. d. trans. n. 6.*

V. **Transactionis à Superiore vel Judice imperatæ Causa Efficiens Remota** est Superioris præceptum seu jussus. Ubi quidem ante omnia illud excutiendum venit: **An Superior vel Judex, quicumque ille sit, partes invitæ ad transigendum compellere possit?** Sanè enim illud quidem certissimum est, quod omnes **Judices amicabilem inter partes compositionem seu transactionem, etiam non requisiti ab alterutro litigantium, (qualem implorationem tamen à bonis viris, Pacis scil. amantibus, & quod illos decere tum illud Pauli Gg. Doctoris, 1. Cor. 6. 5. tum cognominis ex Romanis Jcti doctrina dicit, in l. 4. §. 1. de alien. jud. mut. caus. lites execrantibus, sumptusque Processus prudenter vitantibus, in Supremo hujus Inclyti Ducatus Dicafterio ipsi vidimus interponi) adeoque ex officio non tentare saltem possint; sed & omnibus modis debeant, sic, ut nihil hic obstet regula L. 4. §. 8. de damn. inf. Vid. omninò Nov. 86. c. 2. ibi: *per amicabilem conventum dissolvant, quæ dubia sunt. & Auth. si verò. ibi: per amicabilem compositionem dissolvant. C. de Judic.* Undè vulgò Interppr. **Officium Judicis vel maxime in hoc consistere dicunt, non permittere, ut homines, quos pro jurisdictione suâ componere potest, ad rixas & arma descendant, ex auro illo Ilpiani responso in l. 13. §. 3. de usufr. Urceol. d. tr. in prefat. n. 24.** Indè bono & gravi Præsidi vel maxime congruere perhibetur, curare, ut quicta & pacata sit provincia, quam regit, l. 13. princ. de Off. Præsidi. & ad ejus officium pertinere Julianus Scribit, lites diminuere, l. 21. ff. de R. Cr. at que fini-**





re, l. 3. §. 1. de recept. qui arb. imò ipsam etiam Litium Occasionem, quantum in ipso est, evitare & amputare, per cap. 5. ibique Dd. x. de dol. J. Petr. Surd. Dec. 120. n. 7. ac propterea etiam evidenter injustam actionem ab ipso iudicii limine repellere, Mev. p. 1. Dec. 42. & hoc modò magis commodis, quàm declivibus Civium cupiditatibus consulere. Mevius, ad J. Lub. p. 5. t. 2. art. 2. n. 3. Hinc item Pontifices illud toties inculcant, quòd Iudici ante omnia dispicere conveniat, ut Partes priùs ad Concordiam reducat, quàm ad iudicium venire sinat, c. 1. x. de mut. petit. c. 15. ibi: *concordia vel iudicio terminetis.* x. d. Simon. c. ult. x. d. trans. Ex quò passim Nostri scribunt, quòd, priusquàm ad processum perveniatur, concordia semper inter Partes litigantes tentari debeat; Felin. ad rubr. d. tr. & pac. n. 1. B. Lauterb. ex. ad π. 9. concl. 1. Mev. d. art. 2. n. 2. & 3. & Iudicem hoc facere etiam oporteat, ut ex Glossa, Abb. Ang. & Jafone hæc proponit Wesenbec. conf. 21. n. 1. etiam ordinarium; post Carpz. & Berl. Brunn. d. Proc. c. 2. n. 5. Teslàur. Dec. 89. n. 2. ibi: *imò debet Iudex.* in tantum, ut dicant, Iudicem, si, cùm posset ab initio partes invicem litigantes ad concordiam reducere, illud omiserit, mortaliter peccare. Castrit. ad pract. Masuer. p. 36. n. 11. Vent. de Valent. l. 2. c. 4. n. 9. Mev. d. l. n. 3. quod præcipuè tunc obtinet, quando inter personas vel cognationis vel affinitatis arcto vinculo devinctas controversiæ gliscunt; per notata Kellers, de Offic. jurid. polit. l. 2. c. 7. Addat. Felin. d. l. n. 5. ubi multa de Episcopo concordiam inter Cives non procurante. Quibus etiam congruenter, multis Hodie in locis, specialibus Statutis dispositum legitur, ut Processus non aliter, quàm tentatà prius pace seu amicabili compositione, decernatur, prout non solum de Italiæ Civitatibus; sed & de Pomeraniæ, Saxonix, Megapoleos, nec non Civitatis Lubecensis Ordinationibus testatur Mev. c. l. n. 6. & in plerisque Germaniæ locis obtinere auctor est de Valent. d. c. 4. n. 10. & sq. nec non in Gallia, post Fabr. Carpz. p. 1. C. 1. D. 10. n. 11. quod ipsum saluberrimum & Christianò præsertim Principe dignissimum institutum hujus etiam Ducatus Sereniss. LLator nominatim approbavit in J. Prov. p. 1. t. 8. §. 5. sùrs Ander. ubi curam hanc imprimis in odiosissimis injuriarum causis seriò & enixè commendat, ibi: *So ist unser ernstlicher Wefelch, & tit. 77. princ.* ibi: *wollen wir hiemie zuserderst unsere Amteuten bey ihren Pflichten und Eydten/ auch vermeidung unsere Ungnad und Straff ernstlich aufserlegt haben / &c.* Quibus gemina in



isdem, nec non in causis medici præjudicii, piorum corporum, pauperum & miserabilium personarum, nec non quæ Propinquos, vel Magistratum & subditos concernunt, prudentissimè constituit Sereniss. Saxo, refer. Cz. in Proc. t. 10. art. 1. n. 22. Addant. de causis Injuriarum congesta à Mevio, p. 1. D. 224. & sq. ubi vide *vai vai*. Et quidem, quòd Judices amicabilem inter partes compositionem non tantum ab initio Litis tentare possint, & ut proximè dictum, debeant; jung. Fürstl. W. Landr. c. l. Verùm etiam in quâlibet judicii parte, expressus in noviss. Imperii Rec. de A. 1654. §. Zweytens, textus evincit, his ferè formalibus: *Zweytens solle der Richter erster Instanz die Partheyen in zweiffelhafftigen Sachen nicht allein vor angefangenem Rechtsstand und litis Contestation; sondern auch in quâcunquo judicii parte, durch alle dienliche Mittel und Weg / auch scheidliche Erinnerungen/in der Güte voneinander zusezen/und hierdurch alle weitläufige kostspilrige Rechtfertigungen zu verhüten sich bestreiffen.* Brunn. d. c. 2. n. 16. Hunn. Encycl. jur. p. 2. t. 5. cap. 15. n. 1. Dn. ab Andlern, d. t. 4. n. 4. ità quidem, ut Judex processum sistere, & Partes à limine judicii cohibere possit, aut tardè & valdè difficulter audire, juxta piam & egregiam decisionem Dav. Mev. p. 1. d. 225. Et quamvis Zasius, ad l. 29. n. 15. d. re jud. & Steph. Nathan. d. Justit. Vulner. p. 2. t. 2. cap. 8. n. 2. in fin. persuadere conentur, Judicem, ex quo causæ merita didicit, concordiam inter Partes tentare non debere: Tamen tantum abest, ut hoc veritati conveniat, ut potiùs expressè contrarium contineatur in d. Reccessu, ubi Judici primæ Instantiæ Transactionem in quâlibet Jüdicii parte suadere non simpliciter injungitur; sed cum serio hóc monitò, quòd ille se priùs ex Actis decenter informare debeat, ibi: *Jedoch/ ehe er die Güthe den Partheyen vorschlägt / vorhero in der Sach sich NB. wohl informiren.* Id quod etiam in nostra Ord. Dicaster. satis clare disponitur, in p. 3. t. 26. §. 1. ibi: *in Verathschlagung der Verthel. & clarissimè in Jure Prov. p. 1. t. 77. princ. ibi: vor allen Dingen die wahre der Sachen Beschaffenheit gründlich erkundigen; darauff die Partheyen nach gnugsamer Verhör. &c.* Licet enim Judex sciat, quid pronuntiantum sit? attamen Lis non statim finita est; imò etiam metus litis, & secutura appellationis ad transactionem sufficiens causa est. l. 2. ubi omnes Scribb. C. de trans. Mantica, de T. & A. C. l. 26. t. 8. n. 20. Brunn. d. l. Planè si Judex ex actis didicerit, utrius partis causa justior sit? tunc ille regulariter à transactionis





actionis persuasione abstinere debet, per *d. Rec.* ubi porro ita legimus: Und sein Absehen bey diesen gültichen Vergleichen dahin jederzeit sorgfältig stellen/ damit die/ eine öffentlich ungerechte Sach sährende/ Partheyen zu derselben nicht gelassen/ noch der recht habende Theil damit beschwehret/ noch auch die Justiz wider des andern Theils willen verzogen werde. *Judex* siquidem justam causam foventi Parti concordiam persuadendo, (æquæ ac Advocatus talem Clientem, cum ejus damno, ad concordiam inducens. *Valeron. d. Trans. in proém. n. 31. & 32.*) mortaliter peccat; *Gæden. in Proc. rubr. 2. in fin.* nisi aliis ex causis id consultum appareat, *Winzler. d. Trans. Q. 25. n. 5.* Dn. ab Andlern. *d. t. 4. n. 8.* qualem illam allegat *Joh. Nevizan.* si Partis justam causam foventis interfit ob metum litis per appellationes adhuc diu protelandæ; *in sylv. nupt. l. 6. n. 12. in fin.* vel ob Adversarii malitiam aut potentiam; de quo *Brunnem. ad l. 65. n. 14. d. cond. ind.* Quibus consequens est, quod etiam *Judex* secundæ instantiæ Partes ad transigendum hortari valeat, ut specificè cavetur *in d. Ord. Dicast. t. 26. Mev. d. D. 225. n. 6. Brunn. d. l. n. 15.* ubi contra *Menochium*, Partes etiam in processu appellationis liberè transigere, nec pœnæ temere litigantium subjacere, scribit. Vide tamen *Christinæ. 2. Dec. 96. num. 2.* Imò quod adhuc in *judicio revisorio* idem fieri possit, & planè debeat, nominatim sancitur *in sepè cit. Imp. Rec. §. 133.* ibi: Wenigers nicht sollen die *Revisores* zwischen denen Partheyen/ die sich zu solchem End einfinden möchren/ die gültiche Vergleichung/ sonderlich in den wichtigen Sachen/ vor allen Dingen versuchen. *Andler. d. l. n. 5.* Denique quod non solum ordinario *Judici*; verum etiam *Delegatis* ea cura incumbat, ut Partes ad concordiam reducere studeant, patet ex adversariis *Andr. Gailii, de P. P. l. 2. c. 18. n. 6.* ubi scribit: Omnes Principum, imò etiam *Cæsareas* delegationes, sub alternativa Concordiæ, &, si hæc obtineri non possit, *Justitiæ* formâ, nostris moribus decerni. *Addat. Carpz. p. 1. C. 1. D. 12. n. 6.* Idem *in Resp. l. 2. R. 51.* ubi benè & plenè de eo disquirat: Utrum *Lite* seu processu coram *Judice* ordinario jamjam pendente, *Commissio* ad tentandam inter Partes litigantes *Concordiam* à *Superiore* impetrata, *Processum* suspendat? Id quod latè ibi negat, etiam si hujusmodi *Commissio* ab ipso *Cæsare* impetraretur. Idem *in tr. de Proc. t. 9. art. 3. n. 86.* nisi id urgens aliqua &

præ-



205

prægnans ratio, cui bonum publicum subesset, expofcat, quales refert *d. art. 3. n. 95.* aut nisi Princeps talem Commissionem, falvò Proceffu ordinariò, decernat, *d. l. n. 101.* Adde Eund. *Dec. 220. n. 10. & f. q.*

VI. Verùm ne quid intactum hîc prætereamus, primò illud Ddres in dubium hîc vocant: **Utrum, fi Judex amicabilem inter Partes compositionem tentare omiserit, Processus propterea reddatur nullus, & Reus ab instantia absolvi debeat?** Id quod intrepidè negare deprehendimus Frider. Pruckmann. *1. conf. 42. n. 1.* ubi agit de casu, quò Partes, præfractâ animi obstinatione, se nolle in gratiam inter sese redire, expresse declaraverant. Cui etiam subscribit B. Carpz. *d. C. 1. D. 10. in fin.* subnexis præjudiciis. B. Dn. Lauterb. *d. concl. 1. & Brunnem. d. c. 2. n. 14.* Quamvis enim Lex jubet priùs tentare compositionem; quia tamen ad illam Pars altera regulariter compelli nequit, nec tale tentamen ad necessitatem Processus pertinet; quare, hòc non obstante, quòd Transactio à Judice non fuerit tentata, Reus tamen ad libellum Actoris respondere tenetur. *Mev. ad J. L. p. 5. t. 2. art. 2. n. 7.* Secundo, cum Hodie ita ferè servetur, ut Judex communiter in citatione hanc alternativam formulam ponat: *Erstlich gültliche Verhör zu erwarten, und, in deren Entstehung/rechtlich zu verfahren:* quæ de Transactione ineundâ admonitio etiam in reliquis Processus partibus multis in locis repeti solèt; referent Scharfchmidio, *ad N. 124. c. 4. §. 39.* Quocircâ jam porro quarunt: **Utrum illa adhortatio Citationi, tanquam essentialis illius requisitum, inferri debeat?** Id quod iterum rectè negat Scharfchmidius, *d. l.* cum utiq; sufficiat, Concordiam inter Partes, posteaquam coram Judice comparuere, decenter tentari: nullibi verò scriptum extet, quòd hæc ipsa adhortatio Citationi necessariò inserta esse debeat. Quod itaq; in LL. non cavetur, et. in Præ. meritò non habetur.

Denique, si Judex suæ Citationi hoc in specie inferuerit, quòd partes litigantes ad certum diem, amicabilis inter ipsas compositionis tentandæ gratia, adesse debeant, & altera pars præfractè emanat, sine præviâ hujus sui propositi, quòd ad tale tentamen ipsa nolit comparere, intimatione, quæsitus fuit: **Annon illa parti adversæ adsumptuum, quos illa, dum ex loco domicilii ad locum Judicii, insigni cum temporis & pecuniæ dispendio, profecta est, refusionem compelli queat?** Id quod amplifs. Facult. Jurid. in hac Alma Collegium proximis retrò diebus negativè decidit; eo quòd, sicut nemo

ad



ad transigendum; ita nec ad comparandum in loco iudicii hunc solum in finem compelli queat. A quibus non dissona arbitramur esse illa, quæ in termin. terminant. de his differit Arumæus, l. 2. D. 11. n. 72. ubi dicit, Scabinatum Jen. Ao. 1607. & 1609. ita pronuntiasse, quod nemo, sub obtentu Commissionis Principalis, ad transigendum cogi possit; sed tn. NB. in honorem committentis comparere, & cur amicabilem compositionem renuat, exprimere debeat. Diversum verò foret, si Iudex, in casum non procedentis Transactionis, in suâ Citatione Partes in causa progredi iussisset.

VII. Quamvis verò hoc ipsum, quod omnes Iudices studium Pacis & Concordiæ inter Partes obtinendæ, sibi maximè commendatum habere debeant, certissimum sit; Tamen hoc ex adverso: **Utrum ille invitos ad transigendum compellere valeat?** valde dubium est. Affirmant id quidem satis liberaliter allegati à Parthen. Litig. l. 2. c. 4. n. 22. Verùm, quicquid illi dicant, regulariter hæc quæstio negativè decidenda venit, & cum communi Ddorum Scholaità sentiendum, Concordiam suaderi; non verò imperari posse; & esse Pacem bonum non compulsibile; sed tantum persuasibile, ac proinde uno verbo regulariter neminem ad transigendum compelli posse: post Gloss. Imol. Bart. Alex. Tartagnus, l. 7. cons. 62. n. 1. Mev. ad J. L. p. 5. t. 2. art. 2. n. 1. Arumæ. d. l. n. 72. Gail. d. c. 18. n. 19. cum Bald. ad l. 7. c. de sent. Menoch. d. A. I. Q. l. 2. cas. 442. n. 8. Hippol. Riminald. ad l. qui se patri. n. 436. C. unde liberi. Carpz. d. C. 1. D. 11. in fin. Jul. Clarus, l. 5. §. f. Q. 58. n. 41. ubi dicitur, quod nec in actione injuriarum offensus ad pacem cum offendente faciendam cogi queat. Felin. d. l. n. 1. ubi Transactiones, quæ per coactionem Potestatis vel Capitanei fiunt, nullius momenti esse scribit: quod etiam ex Bart. Bald. & Ang. tradit Afinius, rr. d. executionib. §. 3. c. 139. n. 3. tum (1.) ex eo, quod omnis Conventio, (per quam omnis in Mundo Transactio initur; Vid. L. 13. ibi: *consensu terminata*. L. 20. ibi: *ea, quæ placuerant*. l. 34. ibi: *volentibus*. C. d. trans.) ab initio voluntatis, seu liberum illius initium esse debeat, per reg. L. 5. C. d. O. & A. Klock. Relat. Camer. 25. n. 83. Afin. d. §. 3. cap. 139. n. 5. tum (2.) ex eo, quod omnis transactio fiat aliquo dato, vel retento, vel promisso; l. 38. C. d. t. Nemo autem invitus vel dare, vel promittere, vel de jure suo quidquam remittere teneatur; d. l. 5. l. 11. C. d. C. emt. Mev. d. D. 224. n. 3. Scharfchmid. ad N. 124. §. 38. tum (3.) ex eo, quod, sicut nemo in-

B

vitus



401

vitus agere; ita etiam invitus non desistere teneatur, per *l. unic. C. ut nemo invit.* *Mev. d. Dec. n. 4.* Ex quo Baldus notanter: Offensum, inquit, hortandum, non cogendum esse, ut remittat injuriam, eo quod æquitatis ratio non patiat, ut quis cogatur invitus remittere injuriam, nisi in foro pœnitentiali. *ad l. 1. §. quies. n. 2 ff. d. off. Pr. Urb.* quem sequitur Gail. *d. c. 18. n. 9.* Clar. *d. l. tùm (4.)* per expressum hanc in rem textum in *N. 124. c. 4.* ibi: *aut cogere transactiones, aut pœcta quadam cum suis adversariis exponere,* ibique Scharfchmid. §. 38. Vent. de Val. *d. c. 4. n. 21.* B. Dn. D. Grave, in *diff. de Offic. Jud. Nob. ib. 14.* Pruckmann. *d. l. n. 6.* *Mev. d. art. 2. n. 1.* Carpz. *d. Pr. t. 10. art. 2. n. 33.* ubi scribit, regulariter nec heteroclitâ litigantium capita ad concordiam compelli posse; sed Processum ipsis aperiendum esse. Paris de Puteo, *de Synd. verb. Concordia. n. 9.* B. Lauterb. *d. concl. 1.* Merckelbach, ap. Klock. *4. conf. 3. n. 11.* Id quod non solum in Judicibus inferioribus; Carpz. *d. l. ibi: maxime si Judicio Inferiori pœsident;* verum etiam in aliis omnibus procedit: in tantum, ut ne summus quidem Princeps regulariter quenquam ad transigendum cogere queat; in term. Scaccia. *d. jud. l. 2. c. 2. n. 17.* ubi hætenus notabilem inter Transactionem & Compromissum differentiam statuit. Ayres. in *Proc. c. 2. O. 1. n. 15.* Plus enim est compelli quem ad componendum seu transigendum, quam ad compromittendum. Felin. *d. l. n. 4.* Vid. tamen Ventur. de Val. *d. l. n. 22.* ubi dicit, quod, si lis sit apud Judices Supremos, illi partes ad pacem compellere possint. Et quæ de casu, quò rei controversiæ libera administratio ad Principem pertinet, adduntur à Scaccia, *c. l. Matth. de Affl. d. D. 149. n. 6.* Felin. *d. l. n. 4.* ubi aliqua hujus rei exempla de Pontifice adducit. Nec non & de illis locis, in quibus speciale Statutum extat, quòd Partes invitæ ad transigendum cogi possint. Afm. *d. §. 3. cap. 139. n. 6.* Et quòd neque Clerici & Ecclesiæ Ministri (de quibus quidem hoc, quòd ipsi ad transactionem compellendi sint, verbis justo generalioribus affirmat Brunnem. *d. c. 2. n. 15.*) regulariter ad transactiones invitati compelli queant, elucefcit ex notatis B. Carpz. in *I. Confistor. l. 3. n. 1. D. 4.* ubi dicit, si lites inter illos exardescant, tunc easdem amicè componendi curam ad cujusq; Diœceseos Superintendentem & Patronos spectare, & si omnia incassum tentata fuerint, causam ad Confistorium deferri debere, in quo, si Partes Transactionem omnino renuant, tunc etiam ipsas invitatas non cogi; sed viam Processui in Confistorio





istoriis tractando aperiri, n. 10. & seqq. Quousque tamen hoc admit-  
tendum? dispalefcet ex fequentibus.

VIII. Licet verò hæc ità regulariter se habeant, quòd nemo ad  
hoc, ut cum adversario suo transigat, invitus possit adigi; attamen,  
quòd Judices ab hæc regula quandoque ex justis causis recedere va-  
leant, passim firmant Interppr. per L. 6. §. 3. ibi: *qui jussu Prætoris, pre-  
tio dato pactus sit.* ibique Brunn. n. 2. ff. de his, qui not. infam. & alios,  
inferius adductos txx. post plures Valefon. d. l. in proem. n. 26. Ur-  
ceol. d. præf. n. 24. ubi ex Rub. docet, ità in Rota Romana observari.  
Asinius, d. §. 3. c. 141. n. 1. & seq. Apostillat. ad Disp. Baldi, de vi tur-  
bat. §. 9. vers. Tertio cum. n. 235. Keller, de Offic. Jurid. Polit. l. 2. c. 7.  
Tessaur. Dec. 89. n. 3. Gail. d. C. 18. n. 9. & seqq. Scharfchmid. d. l. ibi:  
*Sunt tamen exceptiones, ubi ad transigendum permittitur judicialis co-  
actio.* Dn. ab Andlern, d. l. n. 7. Carpz. d. C. 1. D. 11. n. 3. ibi: *certis sal-  
tem casibus.* Mev. p. 1. Dec. 42. n. 6. ex rationibus, quas inferius in sin-  
gulis casibus exhibituri sumus. Et quidem quòd Judices, suppetente  
justà causa, hoc non saltem ad alterius Partis instantiam; verum etiam  
ex officio facere possint, nuncupatim definit Paris de Puteo, d. l. n. 1.  
imò quòd Judex, ob periculum Reipubl. (in omnibus ferè casibus, in  
quibus Litigantes compelli possunt; Jung. Mev. p. 1. D. 224. n. 8.)  
imminens, illos etiam ex officio ad concordiam ineundam compellere  
NB. debeat, ex Berojo, Aret. Br. Bl. Dec. & aliis stabilit Asinius, d.  
§. 3. c. 133. n. 1. per txx. infra allegandos. Utrum verò omnes Judi-  
ces facultatem hanc habeant, suppetente justà causà (de quò  
membrò inferius circa causam Impulivam) aliquem ad transi-  
gendum invitus compellendi? à nemine satis ventilatum de-  
prehendimus. Nobis ità videtur, quòd quidem regulariter hæc ipsa  
potestas magis Superiorum Tribunalium & Magistratum  
propria sit, ità ut v. gr. sicut ad compromittendum; (Jung. B. Dn.  
Lauterb. d. arb. compr. th. 6. n. 3.) ità etiam ad transigendum invitas  
quoque partes compellere queat Imperator; Scaccia, d. l. n. 14. Papaj  
post Alex. & Paul. de Castro, Matth. de Affl. Dec. 149. n. 6. Scaccia,  
ibid. Rex; Mauth. de Affl. d. l. Princeps; post Socin. Ursill. in addit.  
ad modod. Dec. 149. n. 9. Scaccia, d. l. n. 17. &c. quæ illos repræsentant,  
Suprema Tribunalia & Dicasteria; Brunn. d. l. n. 15. ibi: *presertim in  
Tribunalibus Summis;* ut hoc Neapolitano Concilio accommodat  
Matth.



Matth. de Affl. c. l. nec non Regio Wismariensi Tribunali, Mev. d. D. 224. & seq. & nos pariter meminimus, Supremum in hoc inclyto Ducatu Dicafterium, in causa controversæ q̄s. possessionis juris Aqueductus inter duas personas arctissimo affinitatis vinculo; sed tantò sibi invicem infensiori inimicitia junctas, ante aliquot annos idem, ob metum armorum, factitasse: atque ita uno verbo Supremus Judex. Carpz. d. D. 11. n. 4. Bartol. ad l. 13. n. 4. ibi: *Potestates provinciarum s. terrarum. d. Offic. Præs. Carpz. d. Pr. t. 10. art. 1. n. 39. ibi: imprimè, quando lis vertitur apud Judicem & Magistratum Supremum.* Interim tamen, tametsi cum Ant. de Butr. Alexander Tartagnus, hanc facultatem, aliquem cogendi ad compromittendum, (& sic quoque ad transigendum: Regulariter enim hæc à Dd. ad pariaferè judicantur; Ruland. de Commiss. l. 6. cap. 3. n. 1. Amorin. ad l. 6. n. 4. de trans. Rota Genuens. Dec. 21. n. 11. post plur. Magon. Dec. Flor. 85. n. 5.) de reservatis Imperatoris & Pontificis esse, adstruat, l. 7. cons. 62. n. 1. nos tamen hanc potestatem etiam inferioribus Tribunalibus & Judicibus: non prorsus adimendam esse existimamus, per tradd. Carpz. d. D. 11. n. 5. ibi: *præsertim inferiores;* ubi junges Esbachium. Brunnem. d. n. 15. ibi: *præsertim in Tribunalibus Summis.* Ergò reliqua non excludit. Addantur generaliter hanc facultatem Judici asserentes, Ventura de Valent. c. l. Scharfchmid. d. 8. Mev. d. art. 2. n. 1. Bernh. Wurmser. O. pr. l. 1. t. 3. O. 1. n. 1. Hartm. Hartmanni, Præs. for. l. 2. r. 1. O. 4. ubi vide, quid dicatur de Judice delegato. Mev. p. 1. D. 224. in fin. ibi: *Judicibus, præsertim superioribus:* junctis illis, quæ annotat n. 14. ubi dicit, Judici Superiori plus potestatis esse ad cogendum partes ad concordiam, &c. Illud supervacuum est monere, quòd, si causa controversa personas illustres & insignes concernat, nemo alius, quàm ipse Supremus Princeps aut illius, Locum tenens, Scacc. d. l. n. 22. in fin. ibi: *à Locumtenente Imperatoris;* partes suas interponere, easdemque ad transigendum compellere valeat. Scacc. d. l. n. 24. Quemadmodum si Lis inter Clericos & Ecclesiæ Ministros, eum publico scandalo conjuncta, exorta sit, non nisi competens illorum Judex, adeoque non Superintendens, ut qui nullam in illos jurisdictionem habet; Carpz. d. D. cons. 4. n. 12. sed solum in terris August. Conf. Consistorium, ceu Episcopum repræsentans, ad transactionem compellere illos poterit, ut inferius videbimus. Denique si talis causa inter duas Civitates, cum gravi Reipubl. periculo ver-

setus,



setur, tunc, quòd utique Superior adiri debeat, docet Bartol. *ad l. 13. n. ult. d. off. Praef. Afinius, d. §. 3. cap. 134. n. 6.* Porro cùm etiam illud haud rarò accidat, ut illi, qui invicem talia periculosa diffidia fovent, tam potentes in provincia vel Civitate habeant factiones, ut *Judex loci*, si maximè veller, attamen nō audeat illos irà compellere; tunc poterit ad alios superiores recurrere, eorumque in hoc auxilium implorare; ut in casu inferius à nobis relato Respubl. Florentina, Summi Pontificis auxilio invocato, salutariter fecit; recensente Afinio, *d. tr. d. execut. §. 3. c. 133. n. 4. vers. Potes igitur.*

IX. *Causa Effic.* Proxima hujus primæ speciei est *Voluntas transigentium*. Quemadmodum enim etiam Juramenti (ad quod tamen quis pariter etiam invitus, ex necessitate intellige hypothetica, nisi malit causâ cadere, per *l. 38. d. jur. ibique Ddres. cap. ult. §. eod. B. Dn. Lauterb. d. jur. jud. §. 5. n. 85. de Jur. necessar. §. 6. n. 97. de Jur. Calumniae, §. 7. n. 108.*) *Causa Effic.* Proxima voluntas jurantis esse dicitur; *Frantzk. l. 2. Ref. 1. n. 11. & R. 2. n. 1. Laut. in tr. syn. d. jurej. §. 1. n. 3.* Quemadmodum porro etiam necessariæ stipulationis, *jung. Giphphan. ad §. 3. l. d. div. stipul. quæ scil. jussu Judicis vel Prætoris fit, d. §. 3. l. d. r. causa Effic. contrahentium consensus est: nulla siquidem stipulatio sine conventionione & consensu contrahitur, l. 55. de O. & A. l. 1. de pact. non tamen spontaneus; sed ad jussum Prætoris vel Judicis interpositus, adeoque necessarius; eleg. Harpprecht. ad d. §. 3. n. 10. Vinn. & Frantzk. *ibid.* & præterea etiam necessaria in libris nostris fidejussio datur, ad quam scil. præstandam quis à Magistratu vel Lege adstringitur; ut in specie *L. 4. C. de proc. Imp. off.* jungat. *B. Dn. Lauterb. in D. de fidejuss. th. 3.* Ita etiam hîc res habere videtur. Nimirum Litigantes à Judice quidem ad hoc, ut transigant, compelli possunt; sed *Transactio* dein ipsa fit ab ipsis litigantibus: Vel, si omnino, ob alterius Partis iniquitatem nimiamve duritiem, ipsum etiam Judicem suas partes ulterius interponere oporteat, ut certas quasi LL. & modum præscribat, secundum quæ causa pro transactâ habenda sit; tamen ille necessarius Litigantium consensus, indeme sic namlich auf die von der Obrigkeit vor billich erkannte / und denen Parttheyen vorgeschriebene weis / einen Vergleich annehmen müssen / causam Efficentem proximam constituit. *Fac. regula L. 21. §. 5. quod met. caus. gest. cr. ibi: quamvis, si liberum fuisset, noluissem; tamen coactus volui.* Nec cuiquam hoc mirum videri debet, cùm etiam in aliis negotiis, ex*

B. 3.

justiss



justis & singularibus causis, Consensus imperari, Partesque compelli possint, ex. gr. ad contractum mutui; post Natt. Rip. Guil. de Cun. & all. Mantica, de T. & A. C. l. 8. t. 5. n. 18. Emptionis Venditionis, arg. l. 1. §. 11. de Off. praef. Urb. arg. l. 14. §. 1. serv. quemad. amitt. l. 12. pr. d. relig. §. fin. de donat. l. 34. §. 2. C. eod. vid. omnino Frantzk. ad tit. de C. E. V. n. 87. & seq. Lugo, Molina, Carpz. Mantic. Tulden. Hahn. in locc. notatis à B. Laut. ad tit. de C. E. V. §. 1. n. 4. Mynt. l. 1. R. 42. n. 2. Locationis Conduct. Rebuff. de Privil. Studios. priv. 7. n. 1. & 4. Lauterb. ad tit. Locati. §. 1. n. 4. in individuo, Goswinus ab Esbach, in addit. ad Carpz. J. For. p. 1. C. 1. D. 11.

X. In Secunda verò specie Judicialis Transactionis Superior seu Judex non ità intervenit, ut in priore; sed saltem, ut causa instrumentalis, dùm videlicet, quiescente Jurisdictione & ad illam pertinentibus, Judex, non ut Judex; sed instar amicabilem Conciliatoris, Compositoris seu Mediatoris, suas partes interponit, (Nam & licet Judex non possit eligi in arbitrum Compromissarium; L. 9. §. 2. d. rec. qui arb. Petr. Barbof. ad l. 1. ff. de judic. art. 1. n. 233. & seqq. B. Lauterb. in tr. syn. d. Arb. compr. th. 21. benè tamen Arbitrator seu amicabilem compositor esse potest; Menoch. conf. 573. n. 16. Lud. Burgesius, ad l. si se subiciant. n. 62. ff. d. jud. Ant. Faber, in C. S. l. 2. t. 38. D. 2. Donell. l. 17. cap. 10. lit. E. Brunn. ad d. l. 9. n. 1.) atque ità vel ipse; vel per deputatos quosdam mediatores, litigantibus adjunctos; S. W. Landr. p. 1. t. 8. §. fürs Ander. ibi: daß unsere Amptleuth. & d. t. 77. pr. ibi: mit zuziehung etlicher unparthenischer Berichtesper sohnen. Hoffg. Ordn. d. t. 26. §. 1. vel per Delegatos seu Commissarios, concordiam conciliat. Frantzk. l. 3. R. 3. n. 101. ità scil. ut hæc amicabilem compositio non ex solo litigantium arbitrio dependeat; sed publicà autoritate procedat. Ventura de Valent. d. c. 4. n. 26. Neque hinc regulariter diversum jus parit, qualiscunque ille Judex sit, qui suas hic partes in conciliandà inter Partes concordia interponit, sive major sive minor, sive Laicus sive Clericus, & sic deinceps; modò causa ad illius Jurisdictionem pertineat. Neque enim arbitramur, si Judex allodiale saltem jurisdictionem habens in causa feudali; & vice versa; vel si in causà matrimoniali alius, quàm qui tales causas suà sententià terminandi facultatem habet, transactionem conciliaverit, illa pro judiciali haberi debeat; cùm ille, qui certam habet Jurisdictionis speciem, extra illam notoriè pro privato habeatur, l. 3. de Off. Praef. Eritsch.



Fritsch. *conf.* 26. n. 125. Harppr. *ad* §. 10. I. *de injur.* n. 126. Neq; quoad hanc speciem regulariter Arbitros Compromissarios excludendos; putamus; arg. l. 1. ff. *d. rec. qui arbitr. recep.* l. 14. C. d. *jud.*

In tertiâ specie Judex in producendâ Transactione nullo modo concurret; sed tantummodò illam, quæ privatim à Partibus, seu in loco judicii, seu extra illum, vel proprio & solo ipsorummet motu, vel ad propinquorum, Advocatorum, vel etiam aliorum persuasione, amicè conclusa, atque ita jamjam in esse producta est, publicâ, quâ fungitur, autoritate corroborat; ita scil. ut illa etiam sine tali confirmatione jamjam firma sit & valida: Utique nisi in uno vel altero loco etiam Transactiones super rebus immobilibus celebratae apud acta Judicii insinuandæ sint; ut fortassis non malè & de hujus Ducatus Jure Provinc. asserendum videtur, juxta ea, quæ differit: Dn. Præfes, in *Diss. de Transact. super Fideicom. inter pers. ad illud voc. th. 15.* Addat. Decisio Rotæ Rom. apud Mart. Neapol. *D. N. tom. 3. voc. Transactio. c. 1.* Et quidem quòd Judices & Magistratus Transactiones à partibus initas, nisi aliud quid obstat, confirmare debeant, singularis est *tx. in L. 1. §. 10.* ubi ita Ulpianus: *Non est periculum, ne pactio privatorum jussu Prætoris anteposita videatur. Quid enim aliud agebat Prætor, quam hoc, ut eorum controversias dirimeret? a quibus si spontè recesserunt, debet id ratum habere. de N. O. N.* Hujus ergò utriusque Judicialis Transactionis Causa Efficiens aliam non datur, quàm libera ipsorum litigantium conventio; *d. l. 13. ibi: consensu terminatis. l. 20. C. d. trans. eleg. Donell. ad rubr. C. eod. n. 7. Welsenb. in paratit. eod. n. 4.*

XI. Causam impulsivam Transactionis à Judice imperatæ, ad quam scil. litigantes inviti compelli possunt, (quod absque urgente & justâ causâ fieri non posse didicimus supra) non unam à Nostratibus annotatam deprehendimus: Primò autem huc pertinet Metus publici Scandali, ejusdemque amputatio; si videlic. Eis inter duas pluresve personas oborta cum publico Civitatis vel provincie (quod tamen haud dubiè ante omnia probandum; juxta ea, quæ ex Dec. Alban. Menochi. & Bertrando firmat Klock. 2. *conf. 94. n. 27.*) scandalo conjuncta sit; quod ut salutariter & in tempore declinetur, passim Nostri arbitrantur, quòd Judex litigantes etiam prorsus renuentes & respuentes ad concordiam seu pacem compelle-

re. V&e



re valeat; eo quòd Scandalum publicum ex officio tollere, ac proinde etiam Litem, ejus causam seu fontem, citò suffocare, vel maximè ad ejus officium spectet. Dominic. de Soto, *de l. & l. p. 3. Q. 5. n. 2. Mev. p. 1. D. 224. n. 6.* Paris de Puteo, *d. l. n. 10.* ubi ad cap. 3. ibi. *Utilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur.* X. de R. jur. respondet. Dn. ab Andlern. *d. n. 7. ibi: graves inter eos Inimicitia & scandala sequerentur.* Hart. Hartmanni, *Pr. O. l. 2. t. 1. O. 4. n. 2. ibi: vel eorum inimicitia esset scandalosa in Republica.* Knipschild. *desid. fam. illustr. cap. 11. n. 102.* post Bart. Angel. & Chassanæ. Menochi. *d. cas. 442. n. 9.* Matth. de Affl. *d. Dec. 149. n. 6.* Gail. *d. c. 18. n. 10.* Ventura de Valent. *d. cap. 4. n. 22.* Brunn. *d. l. n. 15.* Fac. tradita Hunnii, in *Encyclop. p. 2. t. 40. cap. 3. n. 4.* Ant. Nattæ, *Vol. 2. conf. 425. n. 5. & seq. & Klockii, t. 2. conf. 94. n. 14.* Et cum hæc causa in illis Litibus, quæ inter personas publicas exardescunt, imprimis obtineat; Scharfchmid. *d. §. 38.* ex quibus non possunt non illarum Officia, pro Republ. functiones, harumque dignitas, cum damno Reipubl. in periculo versari, Mev. *d. D. 224. n. 7. & 8.* maximè verò circa illas, quæ inter Ecclesiæ, imprimis ejusdem, Ministros oriuntur; Mev. *p. 3. D. 217.* quare Superiores omni studio & cura in id incumbant, ut hujusmodi discordiæ quanto cyùs sopiantur, tentatâ ante omnia amabili inter illos compositione, suadendo & monendo, ex doctrinâ Carpzov. *d. D. Confist. 4. per tot. Ahalv. Fritsch. in Jur. Eccl. tr. de jur. Confistor. 5. sect. 14.* & si his aures animique negetur, ad illam etiam per convenientia remedia compellendo; vel, si hoc non conveniat, summario & brevi processu illas terminando. Mev. *d. l.* Tales siquidem Lites cum maximo populi & totius Provinciæ scandalo conjunctæ, & ut plurimum ita sunt comparatæ, ut vitia Pastorum cultum sacrum inturbent, & consequenter dignitatem venerandi Officii ipsi polluant, quam illius ratione habere deberent, autoritatem prostituunt, auditores scandalizent, totumque cætum in sinistros sensus trahant; imò ut exindè plura mala propullulent, haud rarò totam Ecclesiam affligentia. Quod si ergò in casibus, ubi ex personarum insigniorum litibus & rixis Respubl. turbari potest, illæ etiam invitæ ad transgredendum compelli possunt, ut mox dicemus; quidni idem & hic obtinere dicamus, ne ex talibus litibus turbetur Ecclesia, quæ Reipubl. æquiparari solet? Mev. *d. l. n. 4.* Idemque in specie de illis quoque litibus sentiendum, quæ inter ejusdem Ecclesiæ Pastores, ex. gr. de Con-



Concionibus funebribus, divisione Accidentium, inspectione rationū super elemosynis, item super ceremoniis, & sic deinceps exoritur; ut in term. submonet B. Brunnem. *tr. de Jur. Ecclesi. l. 3. c. 1. §. 15.* Inprimis verò hæc doctrina tunc obtinet, si inter personas, vel in Ecclesiastico, vel alio publico officio constitutas, super injuriis, quæ non possunt non publicum scandalum excitare, actio moveatur, per trad. Mevii, *p. 1. D. 224. n. 6.* ne videl. functiones, quæ tales præfunt, harumque dignitas, autoritas, gravitas, aliquid inde decrementi, sicque ipsa Respubl. detrimenti quid capiat.

XII. Secundò Ddres illam etiam præcipuam hîc causam recensent, si Lis sit inter Personas illustres, vel aliàs insignes; Knipschild. *d. n. 102.* aut familias nobiles; B Dn. D. Grave, *d. Offic. Jud. Nob. th. 14.* Arnold. à Rayger, in *Theaur. voc. Transactio. n. 47.* ex qua Respublica seu publica quies, H. Hartmanni, *d. O. 4. n. 2.* Matth. de Affl. *d. D. 149. n. 6.* turbari queat, *arg. l. 21. §. 1. ff. de captiv. N. 17. c. 11.* ibi: *permittas alicui provinciam commovere.* Carpz. *d. D. 11. n. 3. & d. Proc. tit. 10. art. 1. n. 37.* Caccialup. *de transact. Q. 20. n. 1.* Scharf Schmid. *d. §. 38.* Andler, *d. n. 7.* ibi: *si lis esset inter egregias personas, ex quarum dissensione grave damnum Reipubl. immineret.* Bald. *ad l. 1. §. quies. n. 1. de offic. Præf. Urb.* ubi dicit: quòd plerumque status publicus ex privato turbetur; egregiè Bartol. *ad l. ambitiosa. n. 18. C. de decr. ab Ord. fac.* Bajard. *ad Clar. Q. 58. n. 75.* Richter. *Velit. Acad. 15. th. 53.* Panorm. *ad rubr. de treuga & pac.* Gail. *d. l. n. 10.* Felin. *d. l. n. 6.* Speidel. in *Specul. voc. gültliche Vergleich* ubi idem obtinere dicit in casu, quò Lis duas civitates concernit. Martinus Laudensis, *de Official. Q. 29.* ubi ait, si dissensio inter duos Belli Duces, vel Magnates, vel etiam potentissimos Cives, ex quâ Reipubl. vel Principis statui detrimentum inferri queat, exarserit, tunc illos per Magistratum ad Concordiam cogi posse. Undè cum inter tres Comites Galæotos, germanos fratres, super divisione feudorum paternorum & antiquorum graves dissensiones exortæ essent, Cardin. Parisius, desuper consultus, ita respondit: *Quòd, si Comes Joh. Franciscus recusasset voluntariè facere talem divisionem, transactionem & pacem, tamen ad prædicta cogi poterat per Locumtenentem Sereniss. Imperatoris; rùm attentà notoriâ justitiâ & bonò jure ipsius; rùm etiam, quia sumerat, partes inimicas & rixantes, & ad arma & bella paratas, & longissimo tempore litigantes ad concordiam & Pacem reducere, Et ità coactus eam faciens, tenetur illam observare.*

C



*servare, &c.* Tales siquidem rixæ non sine miserorum subditorum ruinâ, vel gravi ad minimum jacturâ, sopiuntur, juxta illud Poëtæ: Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi. Sigism. Scaccia, *d. l. n. 22. & 24.* Imprimis verò doctrina hæc obtinet in maximè odiosis & ut plurimum acerbis injuriarum causis; ceu quibus & privata & publica pax turbari potest. Ant. Tessaur. *Dec. 19. princ. B. Dn. Grav. c. l. si videl. justa aliqua causa concurrat*, ex. gr. si Lis super injuriis cum publico scandalo conjuncta sit; vel actio ita sit instituta, ut ex compositione Actor idem obtenturus sit, quod ex diuturno litigio sperat, veluti si ex L. Diffamari Officium Judicis sit imploratum, ut Reo perpetuum imponatur silentium, & ille hoc spontè spondeat, negando injurias, aut verba, quæ actor in sui contumeliam prolata dicit, sic maturè declaret, ut actioni injuriarum nullus sit locus, tunc equidem Judex nimium in Actore Vindictæ studium cohibere potest & debet, ut ex prox. laudat. elegantiss. B. Mevii Decis. patet. Add. Klock. *d. cons. 184. n. 43. cum seqq.* Quibus porò & illud à Mev. additur, quòd Judex etiam per ipsius Processus retardationem, atque ita per indirectum partes ad transigendum in talibus causis adigere queat.

Tertiò Ddres idem etiam docent de illo casu, quando etiam inter alios metus subest armorum; Felin. *d. l. n. 5.* sive timor, ne partes ad arma descendant; post Keller. *Carpz. d. D. 11. n. 3.* Merckelbach, ap. Klock. *r. 4. cons. 3. n. 31.* Gail. *d. l. n. 11.* Brunn. *d. c. 2. n. 14.* Scaccia, *n. 23.* Tametsi enim partes non cogantur ad concordiam, quamdiu discordia in privatum illarum incommodum tendit; si tamen metuendum sit, ut ad arma decurratur, tunc, ne vel Status Reipubl. exinde turbetur, vel ex rixâ privata aliorum quoque strages & clades sequatur, Superior illas ad concordiam invitas adigere poterit; post Bartol. Alex. & Castrenf. *Gail. d. l.* Et, si aliud nihil in oculis hæc habere deberet Judex; attamen illud sollicitè cavere debet, ne sequatur delictum, si Reconciliatio inter Partes non fiat, Scharfchmid. *d. l. Das nicht Mord und Todschlag unter ihnen entstehe.* Quomodo etiam Supremum hujus Inclyti Ducatus Dicastrum in supra citato casu, cum duo Affines, iique proximi ex adverso Vicini, ob servitum aqua ductus, wegen einer Wasserleitung, acerbissimas invicem dissensiones & capitales inimicitias multis annis fovissent, & non semel alter alterum armis invadere paratus fuisset, per ipsarum Præfectum ad



ad transactionem invitavit. Unde alii hanc causam paulo plenius offerunt, ita scilicet ut dicant: Magistratum ad concordiam Partes cogere posse, quoties metus subest, ne, non procedere Reconciliatione, sequatur delictum; Scharf Schmid. *d. l.* adeo ut Judicem rixas & arma non praecaventem officio suo privari posse dicat post plures Afinius, *d. §. 3. c. 122. n. 2.* Damhoud. *in Prax. Crim. cap. 145. n. 2. 3. & 4.* ubi haec praestantissima Judicum munia esse dicit, nec minus Christiano Judice digna & salutaria, quam ipsi decora & magnifica, &c. Multoque magis hoc ipsum obtinebit, si inter duas Universitates seu Communitates talis periculosa dissensio gliscat, argum. a minori ad majus deducto, quod in jure validissimum. Conf. Afinius, *d. §. 3. cap. 134. n. 6.* Sed & tali in casu, si metus armorum, & praeterea possessionis incertitudo concurrat, quod Judex etiam ad Sequstrationem procedere possit, confirmat elegans Dec. apud Mev. *p. 2. D. 239. Add. Brunn. d. l. & ad l. 13. n. 6. d. usufr.* Ant. Fab. *in Cod. Sab. l. 8. t. 4. D. 1. in fin. late Gail. l. 1. O. 5. n. 5. & seq. Grav. l. 1. concl. 5.* Paul. Christinaeus, *in Decc. Belg. vol. 1. Dec. 276.*

XIII. Quarta Causa illa est, si Lis jam diu inter Partes duraverit, & tam intricata sit, ut propter perplexas ejus difficultates nulla certa decisio a Judice inveniri possit; arg. *Can. placuit. 9. distinct. 90.* post Anton. de Butr. Imol. Felin. Panormit. *Gail. d. l. n. 9.* Decius, *conf. 445. n. 2.* Scharf Schmid. *d. §. 38.* Ludov. Roman. *conf. 126. princ.* Knipschild. *d. l. ibi: lis multum intricata & diu duratura;* post Franc. Aretin. Socin. Aufser. *Afin. d. §. 3. cap. 134. n. 1. & 3.* ubi dicit, hoc in Judice tam Ecclesiastico, quam seculari locum habere. Paris de Puteo, *c. l. n. 9.* Dn. ab Andlern, *c. l. Matth. de Affl. c. l. n. 6.* ibique *in addit. n. 10.* Caesar Urfillus. Bajard. *ad Clar. §. f. Q. 58. n. 75.* Richter. *d. th. 53.* Speidel. *d. l. Rayger. d. n. 47.* Alex. *l. 7. conf. 62. n. 1.* Grammatic. *dec. 9. Caputaq. p. 1. Dec. 166. n. 1.* cum Bart. & Baldo, Wurmsler. *d. O. 1. n. 2.* Esbach. *ad Carpz. d. D. 11. n. 4.* Ad-dat. Scaccia, *n. 20.* Hunn. *d. c. 3. n. 5.* Interest enim Reipublicae, ut tandem Litium, praecipue talium, inter Cives sit finis, *l. 10. C. d. trans.* & ut ipsi ab expensis ac litigiis liberentur. *Afin. d. §. 3. cap. 134. n. 1.*

Idemque Quinto, Ddres & tunc admittendum esse censent, si articulus controversus de apicibus Juris, & adeo subtilis sit, ut, ob rationes hinc inde militantes, utri parti assentiendum sit, non



appareat; Cardin. Tusch. *lit. C. concl. 464. n. 8.* post Oldekop. Esbach. *d. D. n. 4. Afflict. d. l. n. 6. in fin.* ibi: *si questio esset dubia, &c.* jungat. Scaccia, *d. l. n. 21.* Id quod super statuto foeminarum exclusivo in Senatu Pedemontano factitatum esse refert Anton. Tessaure. *Dec. 29. n. 1.* ibi: *Et in aliâ causa Astensi.* Et quod tali in casu, quando Rationes à partibus adductæ tanti utrinque ponderis sunt, ut animum Judicis planè dubium reddant, sic ut ille non magis in hanc, quàm in illam partem inclinare queat, Judex mediam viam sequi, & ad exemplum Imp. & Jctorum, in §. *fin. l. de Vulg. Subst. l. 41. de hered. instit. §. 26. l. de R. D. l. 7. §. cum quis. de A. R. D. l. 7. ut leg. nom. cav.* in tantâ Juris æque ac facti ambiguitate, in partes æquales rem dividere possit, in super habito judicio Glossæ, *ad l. Nefennius, de N. G.* ubi hunc Rusticorum morem appellat, (pro quo tamen facit *L. 12. §. 14. ff. de instr. vel instr. leg.*) latè firmat Tessaure. *Dec. 29. per tot. Boer. D. 230. Cujac. 17. O. 21.* nec id rejicit Vinn. *ad §. ult. l. qui & quib. ex caus. man. non p. & super successione consultus respondit Phil. Decius, conf. 176. n. 6.* ubi plures allegat. Clemens Merlin. *Dec. Rot. Rom. 72. n. 1.* post all. Asinius, *d. l. c. 137.* Id quod præprimis tunc locum habere censent, quando lis est inter personas conjunctas; *Dec. c. 445. n. 1. Tiber. Melch. Palaez, de Majorat. p. 1. Q. 3. n. 9.* vel utraque pars de lucro certat. *Dec. Conf. 176. Tessaure. d. l. n. 2. & 3.* ubi tandem *inf.* in illorum sententiam, qui tales casus pro amico appellant, cum veriùs casus pro diabolo appellentur, acriter invehitur.

XIV. Sed &, Sextò, Interppr. hanc Judicalem coactionem ob Causæ quandoque favorem admittunt, v. gr. in causa Alimentorum, Brunnem. *d. l. n. 15.* Carpz. *d. D. 11. n. 4. & d. Proc. t. 10. art. 1. n. 37.* cum Decio, Ventura de Valent. *c. l. n. 22.* quod tamen alii tunc demùm probant, si talis causa sit intricata, Scharfchmid. *d. §. 38.* nec non in aliis causis privilegiatis, Brunnem. *d. l. ex. gr. Dotis, Sumptuum in studia. Scharfchmid. d. l.*

Septimò etiam illud à nonnullis adfertur, quòd, si litigium inter personas valdè invicem conjunctas sit, eadem judicantibus potestas competat; prout Decium exaudit Cæsar Ursillus, *in addit. ad Matth. de Affl. d. D. 149. n. 11.* addens, idem quoque tradere Paridem de Puteo. Quòd fac. *L. 4. C. de patr. potest.* ibique à Dd. passim notata; & quæ de statutis Propinquos ad compromittendum cogentibus ex Marc. Affl. Borell. & Tusch. tradit Brunn. *d. c. 2. n. 4.*

Tan-



Tandemque, Octavò, de tali quoque casu, quando de Præjudicio Tertii agitur, idem judicium, post Bartol. Bald. & Jason. fertur à Gailio, *d. cap. 18. n. 12.* ubi *L. 84. §. fin.* ibi: *Consentire autem vel sua sponte debent, vel Judice imminente. d. leg. 1.* adducit; ità scil. ut Alii cum tertii damno dissentientes ad concordiam compelli queant; quod & suo suffragio comprobatur Scharfschmid, *c. l.* post Oldrad. Imolens. Roman. Asinius, *cap. 141. n. 1.* Paris de Puteo, *d. l. n. 7.* Id quod tamen, diligenter excussis illis omnibus, quæ præprimis hâc de re latè differit Felinus, *d. l. n. 8.* huc propriè non pertinere videtur.

**XV. Causa Impulsiva Transactionis à Judice Mediatore conciliatæ, vel ab illo saltem confirmatæ, cum quâlibet alia extrajudiciali Transact. communis est.** Conferat. omninò Ventura de Valent. *l. 1. cap. 4. per tot.* Joseph. Urceol. *de Transact. in præfat.* & compendiosè Aug. Barbofa, *in Pastoralis allegat. 79. n. 14.* Cujus verba Mediolani in Prætorio depicta exhibet Mev. ad *J. L. p. 5. t. 2. art. 2. n. 11.*

**XVI. Circa Subjectum seu personas transigentes nihil ferè singulare in Judic. Transactione occurrit; nisi quòd illa species, quæ à superiore litigantibus imperatur, seu ad quam Partes invitæ compelluntur, ad certas quandoque personas restricta sit, ad familias nempe Nobiles, personas Illustres & potentiores; ut superius dictum. *rb. 12.* Illud saltem in dubium venire hîc potest: **An Procurator Judicialis sive ad Lites datus talem transactionem incundi facultatem habeat?** Ratio dubitandi in eo consistit, quòd hæc Transactio in judicio fiat, ac proptereà jure actuum judicialium, quos solos hic procurator peragere potest, censenda videatur, quòd pertinent, quæ tradit Bald. ad *l. 1. n. 2.* ibi: *quòd, quando transactio fit in judicio. ff. d. trans.* Brunorus à Sole, *in Ll. comm. voc. Transactio, n. 20.* ubi dicit, quòd Transactio, quæ fit in judicio, intelligatur esse de processu Judicii. Verùm, quicquid de hoc haberi mereatur, nos etiam in hæc specie hunc Procuratorem à facultate transigendi excludendum putamus, eo quòd hæc quoque Transactio, tametsi in loco judicii facta, actus extrajudicialis sit; non judicialis. Cùm (1.) illa, quæ à Judice imperatur, haud rarò extra locum judicii fiat, nec minùs & illa, quæ à Judice tantùm confirmatur; illa verò, quæ in loco judicii fit, suam, ex solâ loci diversitate, naturam non alteret, arg. *l. 28.* ibi: *Sive apud acta Rectoris Provincia. C. d. trans.* Tali Procuratori mandatæ sunt lites, ut illas in judicio legitime prosequatur: Cui itaque causæ actio, & non litis de-**



905

cifio mandata est, ab illo interpositum Transactionis placitum domino litis obesse non potest, l. 7. C. d. t. l. 13. ff. d. pact. idque sive ad unam, sive ad omnes lites à domino constitutus sit, per l. 60. d. proc. Brunnem. ad d. l. 7. Sive item simpliciter, sive etiam cum libera; cum semper exceptio, aliud ei mandatum, & aliud ab ipso actum esse, & proinde nullitatis exceptio obset; per L. 5. princ. mand. Jungat. Vinn. d. Tr. cap. 3. §. 5. Verstegeu, in sm. tr. O. 4. pag. 148. Jure tamen Canon. quin talis Procurator, ad unam vel omnes lites cum libera constitutus, transigendi jus habeat, nullum dubium relinquit Cap. 4. ibi: nisi ei bonorum vel cause administratio liberè sit concessa. de procur. in 6.

Deinde si Tutor vel etiam Curator, super rebus immobilibus, vel mobilibus, quæ servando servari possunt, transactionem, cum illarum alienatione sive translatione in adversarium conjunctam, inire vellent, tunc quod illa non aliter, quam præviâ causæ cognitione & decreto Magistratus eandem permittente, iniri possit, expressus est text. in l. 4. C. de præd. min. Vinn. d. c. 3. n. 7. Vid. Gutierrez. Montan. Pinell. in loc. congestis per Brunnem. ad d. l. 4. Et quòd tale decretum ex justis & sufficientibus causis interpositum præsumatur; vide apud Martam Neapol. Dig. N. tom. 3. v. Transactio. cap. 23.

XVII. Objectum hujus etiam Transactionis ex unâ parte res omnes in commercio existentes constituunt; ex alterâ verò parte, videl. Remittentis, res incertæ & dubiæ; seu propter litem actualiter jam motam; vel adhuc dum movendam; seu ob aliam causam, per l. 1. ff. l. 2. l. 11. C. d. t. l. 8. §. 23. ff. eod. Vinn. c. 4. n. 3. Si enim res clara & indubia sit, transactio nullius habetur momenti; post Roman. Menoch. Mandell. & Surd. Klock. t. 3. conf. 164. n. 8. o. & seq. latissime Berlich. p. 2. Dec. 263. post. all. sexcentos Urceol. d. tr. Q. 43. per tot.

Primò ergò hic notandum: Quòd regulariter hæc quoque transactio commune cum illâ, quæ nullo modo judicialis est, Objectum habeat, itâ quidem, ut ad hanc quoque Transactionem tam causæ Criminales, quàm Civiles, pertineant; ac proinde de Criminibus, etiam Judicis autoritate interveniente, transigi possit; Gail. d. c. 18. n. 8. in tantum, ut, Primò, in talibus quoque causis Judex partes ad Concordiam compellere valeat, Bartol. ad l. 13. in fin. ff. de Off. Præf. Abbas, ad rubr. de reug. & pac. Anton. de Butr. ad cap. primò. z. d. mur. pet. Wurmsfer. d. O. n. 1. ubi dicit, judicialem hanc coactionem imprimis in causis Criminalibus obtinere, ne inde dete-





deterius quid sequatur. post Jacob. Novell. Afinius, *d. §. 3. c. 140.* id quod tamen vulgò de casu, quò Delictum nondùm commissum est, Ddres accipiunt; Bald. *ad l. 13. n. 1. d. usufr.* Felin. *d. l. n. 2.* Gail. *d. l.* adeòque minus propriè, cùm illi tales terminos supponant, ubi delictum saltem metuitur, per textum, quem vulgò adducere solent, in *L. 6. §. 2. ibi: ne potentiores viri humiliores injuriis NB. afficiant. de offic. Prasf.* & propterea ipsæ Partes hunc ipsum in finem, ut Delictum illud avertatur, etiam invitæ ad reconciliationem compelli queant; Scharfschmid. *d. §. 38.* Quòd si verò delictum jamjam sit commissum, tunc passim dicunt, quòd Judex ante omnia publicæ Vindictæ, (cùm utique Reipubl. interfit, ne delicta impunita abeant vel maneat, *l. 52. ad L. Aquil. Felin. d. l.*) & demùm postea reconciliationi seu concordia inter Partes studere debeat. Gail. *d. l.* post Matth. & Jacob. de S. Georg. Hier. Giachar. ad J. Clar. *t. 5. §. fin. Q. 58. lit. f.* Paris de Puteo, *d. l. n. 9. & 12.* Salyc. *ad l. 18. n. 12.* Addant. quæ docet Jodoc. Damhouder, in *Prax. Crim. cap. 145. n. 5.*

Deindè vel maximè circa delicta hoc adverti meretur, quòd, licet aliàs, si quis privatam, de delicto privato, transactionem cum alio inierit, autor hujus delicti infamiam juris exindè incurrat; eo quòd delictum confiteri videatur, qui ita paciscitur: *l. 4. §. fin. l. 5. l. 6. ff. d. his, qui not. inf. l. 4. d. jur. fisci.* Hillig. in *Donell. l. 18. cap. 8. lit. RR.* Frantzk. *ad tit. d. Trans. n. 23.* Mev. *p. 1. D. 223. n. 9.* Si tamen Transactio vel ad prævium Magistratùs aut Judicis jussum, vel ejus auctoritate fiat, tunc vulgò infamiam evitari contendunt, per *d. l. 6. §. 3. ibi: qui jussu Pratoris pretio dato passus est, non notatur. ff. d. t. ibique Brunnem. num. 2.* Francisc. Març. *Dec. 663. Bocer. cl. 4. D. 4. th. 94.* Freher. *de fam. l. 3. c. 8. n. 27.* Farinac. *Q. Crim. 105. n. 63.* post plures Harppr. *ad §. 10. n. 135. l. de injur. Gilhaus. in Arb. I. Crim. cap. 2. t. 34. n. 12.* Wesf. *ad t. d. his, q. n. inf. n. 5.* Mev. *d. D. 223.* ubi agit de Transactio super injuriis ad decretum & exhortationem Regii Wismar. Tribunalis inità. Jussus namque Judicis, (cùm semper justus præsumatur, *l. 65. §. 2. ad Sctum Treb. l. ult. ne quid in loc. publ.*) regulariter excusat, *l. 4. in fine princ. de aq. pluvi. arc. l. 167. §. 1. de R. I. l. 81. §. 1. de salut. l. 3. §. 1. d. r. eor. qui sub tut.* Sic ut ita transigentes nec in dolo esse, nec in opprobrio harere debere judicetur, *c. 24. de R. I. in 6. Fac. L. 18. ibi: qui allos adversariis nummos pro mala conscientia ex transactione numerasset. C. ex q. c. inf. irr.* Undè, quamvis in Camerâ Imp. Transactiones super injuriis, non perindè ut alias, confirmari dicat Gail. *l. 2.*

obf.



*obf. 102. n. 16.* attamen illas, quæ publicâ autoritate ineuntur, recipi & confirmari testatur Autor Decc. Cameral. *in verb. Injuria. §. Transactio;* ac propterea ipse Gailius illos, qui super injuriarum, vel alia aliquâ actione famosâ transigere volunt, ad hoc, ut infamiam evitent, circumspicos esse jubet, ut id judicis ordinarii vel Magistratus autoritate fiat, *d. n. 16.* Adde Theodoric. *in Coll. Cr. cap. 2. aphor. 20. n. 39.* ibi: *vel autoritate Judicis fiat. & aphor. 21. n. 12.* ubi ait, quòd Judex in actione injuriarum laborare debeat, ut partes concordet, etiam si criminaliter agatur, &c. An verò etiam Judicis delegati Jussus hoc operetur? videat. apud Glossam, *ad d. l. 13. lit. K. ff. d. r.* Imò eò Interppr. in hujus articuli examine delabuntur, ut dicant, quòd, si quis super Crimine, quod pœnam Corporalem meretur, cum suo adversario, autoritate Judicis seu Magistratus ordinarii, transactio-nem inierit, & Magistratus eandem confirmaverit, ipse etiam à pœnâ corporali liberetur: eò quòd jussus Judicis regulariter excuset & licitum faciat, quod aliàs esset illicitum; Carpz. *Q. cr. 148. n. 18.* ubi hoc super crimine transigere volentibus singulariter commendat, & simul eleganti præjudicio corroborat. *n. 19.* P. Theodoric. *d. l. cap. 10. aphor. 4. n. 79.* ubi dicit, quòd, si accusator cum Reo, autoritate Magistratus, transigat, nullo unquam tempore & modo crimen repeti possit. Addat. Bechmann. *ex. ad π. s. n. 32.* Cæterùm hæc non ad quemvis; sed tantummodò ad Superiorem Magistratum, Regalia habentem, pertinere, (contra Pingizzer. ab ipso laudatum, qui hoc generaliter omni Judici seu Magistratui ordinario adscribit, observante Oldekop. *decad. 2. Q. 1. n. 34.* notat idem Cz. *d. n. 18.* ibi: *vel Magistratus Ordinarii Superioris;* junctis ibi *præc.* Sed & quòd hæc doctrina in illis delictis, quæ ipse Deus ultimo supplicio puniri præcepit, e. gr. in Homicidio, regulariter non procedat; sed ferè in levioribus tantum, quorum coërcitio arbitraria est, vel si in Homicidio justa causa concurrat, ob quam pœna capitalis locum non habeat, ipse Carpzovius satis clare indigitat, *d. l. n. 17.* ibi: *præsertim in Criminibus levioribus, quorum coërcitio arbitraria est, & n. 25.* ibi: *cui tamen non aliter assentiri possum. &c.* Addat. Bechmann. *d. n. 32.* ut proinde nihil causæ subesse videamus, cur tam acerbè meritissimo Viro ogganniat Oldekop. *d. Q. 1. imprimis n. 34. & 3. seqq.* De eo: Num Transactio cum ipso etiam, tum inferiore, tum superiore Magistratu, super crimine inita, quæ vulgò Compositio dici solet, valida sit? videatur Carpzovius, *d. Q. 148. n. 14. & seqq.* ubi latius hoc examinat.



XVIII. Secundò notandum, quòd quædam causæ peculiare hujus Transactionis Objectum constituant.

Primò enim certum est, quòd de alimentis futuris; *L. s. C. d. trans.* ibique *Sichard. n. 2. Gilken. n. 5. Mantica, de T. & A. C. l. 24. t. 3. n. 9.* (de præteritis enim validè procul dubio transigitur, *d. l. 8. eò quòd nullum indè ad alimentarium periculum redundare possit.* *Jung. Andlern. d. t. 4. n. 52. P. A. Morla, inemp. jur. p. 1. t. 4. n. 42.* in testamento, vel aliâ ultimâ Voluntate relictis, *l. 8. §. 2. ff. d. t.* (si inter vivos; tunc aliud dicendum, *d. §. 2. in fin. Andlern. d. l. num. 53. Mantica, d. t. 3. n. 8. Coler. d. alim. l. 2. cap. 8. post Bachov. & Struv. Bruun. ad d. l. n. 1. Vinn. c. 6. n. 13. Wassenacr. pract. notar. cap. 15. §. 21. Versteegen. d. l. O. 9.) transigere non liceat; *Surd. de alim. t. 8. priv. 56. n. 3. & seqq. Cephal. l. 4. conf. 58. n. 58. J. Petr. Moneta, d. distribut. quotid. p. 3. q. 5. n. 10.* ubi aliis hæc applicat: quamvis alimentarius satis locuples sit & nobilis, *d. l. 8. §. 7. ibi: satis locuples an minus. Connan. l. 5. c. 7. n. 5.* post *Menef. & Laram, Morla, d. l.* non obit. *ejusd. L. §. 13.* de quo *Vinn. d. l. n. 9. & 10.* ubi rectè *Costalium & Busium* reprehendit. *Versteegen, d. l. pag. 107.* ex rationibus, quas egregiè congregit *Scip. Gentil. in lib. singul. ad Orat. D. Marc. cap. 3. Versteegen. d. l. Vinn. d. l. n. 3.* Nisi illa ineatur sub auctoritate competentis Magistratûs, *Vinn. n. 3. in fin. & n. 5. Petr. de Greve, ad d. l. s. th. 28.* (ubi negat hæc ad arbitros Compromissarios pertinere.) Qui rem totam diligenter cognoscere, ipsiq; negotio interesse seu adesse, *d. l. 8. §. 17.* sicque pro tribunali, & non de plano rem examinare debet, *arg. l. 9. §. 1. d. offic. Procons. Vinn. n. 4.* & tùm de causâ hujus transactionis, tùm ejus modo, tùm de personis transigere volentibus, in hæc cognitione sollicitus esse (de quibus omnibus magis seriò *Vinn. n. 16.*) atque his præcedentibus eam suo decreto permittere debet; *Brunn. ad d. l. 8. pr. Vinn. n. 4. Versteegen. d. l.* Planè si Alimentarius suam conditionem privatim transigendo meliorem reddiderit; *Jung. L. s. §. 6. & 24. in fin. d. t. post Carpz. & Mant. Brunn. n. 3. plenè Vinn. n. 17. & 3. seqq.* vel planè gratis alimenta sibi debita Heredi remittat, quin & illa transactio & hoc pactum gratuitum valida sint, dubitandum non est; elegantè *Versteegen. d. l. pag. 168.* *Petr. de Greve, c. l. Videtamen acerri- mè dissentientem Trentacinq. V. R. l. i. t. de aliment. R. 1. n. 13.* post *Castill. Urceol. Q. 49. n. 11.* Sed &, quin, inspecto Canon. Jure, in casu, quò talis privata Trans. jurejurando firmata est, juramentum servandû sit, parum dubitationis relinquit *Vinn. n. 17.* post plures *Urceol. d. l. n. 13. & seqq.* ubi plurimos contrarium docentes adducit. *Morla, c. l. n. 45.**

D

Pari-



Pariformiter de Causis quoque Matrimonialibus non minus constat, quòd de illis privatim seu extrajudicialiter, ad effectum dissolvendi contracta sponfalia, transigere non liceat; idque non solum si agatur de quæstione Juris; verùm etiam, si de facti. Joach. à Beust. *d. comm. p. 1. c. 29.* post Heig. Schneid. & Gail. *Cz. J. C. l. 3. D. 39.* Valeron. *de Trans. t. 3. Q. 2. n. 58.* Gonzalez. *ad l. 1. Decr. t. 36. c. 11. n. 19.* Sanchez. *de matrim. l. 2. D. 14. n. 1.* Urceol. *Q. 28. n. 36. tùm (1.)* ex eo, quòd à parte affirmante, matrimonium contractum esse, Parti illud neganti nec juramentum deferri possit, Carpz. *d. l. 3. D. 44.* Setfer. *d. jur. l. 4. c. 4. n. 7.* Borcholt. *in sim. c. 5. n. 23.* post Afin. Valeron. & Gratian. Urceol. *Q. 28. n. 40.* Brunn. *d. Proc. c. 23. n. 5.* B. Laut. *d. J. vol. 5. 4. n. 68.* & *de judic. §. 5. n. 83.* junctò arg. *L. 2. d. jur. tùm per text. generalem in C. ult. ibi: exceptis nimirùm casibus. §. de transact.* per illud ter sanctissimi nostri Salvatoris, *Matth. 19. 6.* Præjudicia hanc in rem congesit *Cz. d. D. 39.* Verùm enim verò, si prætentum matrimonium probari non possit, vel propter dissensum aliamve ob causam subsistere nequeat; vel denique de nudis Sponfalium tractatibus, aut invaliditate eorum appareat, tunc quòd Trans. judicialis coram Magistratu Ecclesiastico seu Consistorio, etiam contra matrimonium celebrata, subsistat, non obstat. *cit. C. ult. §. d. t. plenà manu confirmat, & Dresdensis Consistorii præjudicii corroboretur laudatus Cz. D. 40. per tot. junctà D. 41. ubi firmat,* quòd is, qui per transactionem ab actione de matrimonio contra se institutà absolutionem obtinuit, priusquam satisfecerit in transactione promissis, ad consumationem alterius matrimonii admitti non debeat. Add. Brunn. *ad l. 2. n. ult. d. jur.*

Denique licet & illud pro certò venditetur, quòd regulariter de re fideicommissò, præcipue familiar, obnoxia, transigere non liceat, tùm per *L. 3. pr. & §. 1. d. trans. Vinc. Fufar. de Fid. subst. Q. 502. n. 1. & seq. Peregr. de fideic. art. 40. n. 123. Menoch conf. 599. dub. 3.* tùm ex eo, quòd prohibitus alienare, regulariter & transigere prohibetur, per *l. 4. C. de præd. min. cum per transactionem ad alienationem perveniatur,* post Jacob. de S. Georg. & Romulej. Knipsch. *d. F. famil. illustr. c. 11. n. 90.* ubi etiam ad contraria doctè & fuse. Sitamen Transactio super fideicommissò (1.) interveniente Principis aut Superioris autoritate fiat, tunc eandem valere Dres communiter persuasum sibi habent, per *c. 1. in fin. d. trans. Peregr. art. 52. n. 89.* post Alc. & Molin. Knipschild. *d. l. n. 100.* dummodò mala fides in transactione non intervenerit, arg. *l. 3. C. unde vi.* post Berett. Aretin. Beljamer. Grammat. Fufar. *Q. 502. n. 11.* Nec minus, addò, si Judex eandem,



dem, ut fieret, præceperit; post Molin. *de Major. l. 4. cap. 9. n. 29.* Knipschild. *n. 101.* ubi tamen in seqq. justam etiam causam, si videl. Lis super Fideicommisso, imprimis Familiæ, circa quæ hoc frequentius contingere potest, inter personas insignes sit, vel multum intricata & diu duratura, vel rixæ & scandala exinde oriantur, requirit. Imò cum plerique omnem Transactionem super fideicommisso intricato & obscuro bonâ fide celebratam pro validâ reputent, de quo plenè Urceol. *Q. 50. per tot.* quare etiam illud hîc addi meretur, quòd hanc ipsam qualitatem Ddres, inter alia, ex interveniente Superioris vel Judicis autoritate æstiment, ut ex Urceolo, Menoch. Merlino, Ceph. Venturino, docet Dn. Præf. *d. Tr. sup. fideic. int. pers. ad illud voc. th. 20.*

XIX. Et tandem, tertio, illud adhuc notandum venit, quòd quædam Causæ in specie illius Transactionis, quæ à Judice imperatur, Objectum constituent, quæ suprâ abundè à nobis excussæ sunt.

XX. Forma judicialis, quam hîc appellamus, Transactionis consistit in eo, quòd illa publica Magistratûs seu Judicis autoritate subnixâ sit. Id quod

In primâ hujus Transactionis specie, quæ videl. à Superiore imperatur, duplicem ut plurimum respectum habet; primum scil. illum, ut Superior vel Judex hanc Transactionem litigantibus obniventibus & invitis præcipiat; & si partes non pareant, tunc quantum ad media illas ad transigendum adducendi) easdem à limine judicii repellere, Processum sistere, (utique enim huic ipsi, Partes ad transigendum compellendi, facultati, hæc quoque facultas, imò necessitas, Litem tardandi, consequens est; cum hæc promiscuè agendi licentia illam inanem factura foret) atque ita per tarditatem actionum fervorem reprimere, rancoremque animorum lentè emollire, jx. *Mev. p. 1. D. 225.*) & si talia non proficiant, illas etiam metu pœnæ, vel etiam per Carcerem ad id possit compellere; jung. *Affl. d. D. 149.* ibi: *Compulsionem pœnalem, vel ipsas partes carcerando.* Guido Papæ, *Dec. Gratian. 326. n. 1.* ibi: *per incarcerationem.* Vel denique in certum locum constringere, ex quo ipsis non aliter, quam conditâ pace, exire liceat. P. Theodoric. *in C. Cr. cap. 10. aphor. 4. n. 78.* Damhouder. *d. c. 145. n. 3.* & quæ talia sunt alia. Secundo, ut illam, posteaquam conclusa est, etiam confirmet. Imò, ut tantò tutior hæc Pax ab invitis extorta reddatur, Magistratus non saltem publicum desuper instrumentum confici curat; verum etiam Cautio-



nem (haud infrequenter per fidejussores. Jung. Carpz. p. 4. C. 15. D. 6.) de pacificè vivendo, de non innovando aliquid, de non offendendo, nec rixas aut jurgia faciendo, ab utraque parte exigit; Paris de Puteo, c. l. n. 11. prout ex celeberrimâ illâ & periculosissimâ inter Guelforum & Gibellinorum familias Florentiæ olim ortâ, & tandem per Pontificis Nicolai III. Legatum Cardinalem hoc modo sopitâ dissensione illustre hujus rei exemplum nobis exhibet Afinius, d. cap. 133. n. 3. & n. 4. vers. *Verùm quia*. ubi aliud ex propriâ familiâ subnectit. Add. Damhouser. d. l. n. 4. Et potest Judex etiam alia remedia, ut talis transactio in suis effectibus non impediatur, adhibere, v. gr. prohibendo, ne quis alterius ostium prætereat; Ripa, ad l. 14. n. 4. d. R. jud. Angel. *ibid.* Neviz. in S. N. l. 1. vers. *non est nubendum*. n. 80. B. Dn. Grave, d. O. J. nob. th. 14. vel ne illi transeant per certum locum. Urfill. ad d. D. 149. n. 11. Et denique si Partes transigere justæ non ipsæ possint in certo aliquo convenire, seu Pacem, ut Dd. loqui amant, capitulare; tunc Superior etiam hæctenus suas partes interponet, per notata Felini, d. l. n. 7. Hinc v. g. si duo Condomini non possint convenire in divisione communium terrarum, quas ipsi pro indiviso possident, tunc Superior illos ad Concordiam inducet, ut ipsi alternis vicibus regnent. Panormit. ad c. ult. d. R. jud. Felin. d. l. n. 8. Afinius, d. 5. 3. cap. 141. n. 11. Add. Speidel. in spec. voc. *gütlicher Vertrag*. *ibi*: ein *Machtspruch*. In secundâ verò specie Judex Transactionem Partibus non imperat; sed eandem tantum, instar Mediatoris seu amicabilem Compositoris, als ein *gütlicher Unterhändler*, vel ipse, vel per suos Deputatos (vide supra th. 10.) inter partes conciliat, dum videl. litigantibus, aut litigaturis, plurifaria Litium & Processus incommoda, juramentorum, seu circa processum, seu causam principalem præstandorum, gravitatem, & exindè aliorum sinistram de se opinionem incurrendi facilitatem, dubium Litis eventum, arctam inter litigantes intercedentem vel Cognationem vel Affinitatem, causæ justitiam vel probabilem injustitiam, & quæ talia sunt alia, diligenter & sollicitè ob oculos ponit, ac proindè, ut æquabili potius compositione à lite recedant, quam sinistrum ejus exitum expectent, hortatur. Confer. L. 7. *ibi*: *Vox pacifici suadentis Præsidis*. C. d. sent. Ventura de Val. d. l. n. 10. & 13. atque itâ, officio Judicis paulisper dilatò, communis quasi Pacificatoris partes in se suscipit, Speidel. d. l. Ubi quidem consultissimè Judex egerit, si omnia Concordiæ impedimenta removeat, ac proindè si sciat, alterutrius Partis Advocatum nullam juris partem sanctiorem magisque suspicientiam putare, quàm, quæ plures aureos adferre solet, magisq; adeo de pane ex litibus,



tibus, seu injustis seu justis lucrando cogitare, quàm de Lite componendâ, tunc eundem à tractatibus, qui pro compositione amicabili instituuntur, jubebit abesse, ex prudentiss. Mevii monito, *d. art. 2. v. 12.* ubi plura videri possunt. Tandemq; in *reversâ* Judex neq; antecedenter, videl. imperando seu præcipiendo, ut in primâ specie; neq; concomitanter, sive conciliando, ut in secundâ; sed tantummodò subsequenter suas partes interponit, nempè Transactionem ab ipsiſ Partibus, vel proprio motu, vel aliis privatis mediatoribus conclusam tantum confirmando. Vid. *L. 1. §. 10. d. N. O. N.* Ubi et notandum, quòd talis confirmatio vel sine prævia causæ cognitione accedat, & tantummodò majoris autoritatis gratia à partibus petatur. Vel, 2dò, Magistratus eandem impetit, posteaquàm controversiam, super quâ illa inita, benè cognovit. Illud tamen hic porrò sciendum, quòd Judex interdum Transactionem & ipse conciliat, & postmodò confirmet; idq; iterù vel prævia causæ cognitione, vel ut (posthabito novissimo Imp Rec.) sine prævia ex actis informatione Pacè tenet & conciliet.

XXI. Ad formam hujus Transactionis accidentalem pertinet primò illud, quòd ut plurimum Judex in majorem illius securitatem & stabilimentum à Partibus transigentibus exigere solet juramentum; *l. 41. §. l. pen. C. d. Tr. Urceol. Q. s. n. 20.* de quo videtis Cagnol. Bolognet. Brunnem. *ad ipsam hanc L. Vinn. c. s. n. 15. Klock. v. 2. cons. 58. n. 8. Carpz. Q. Cr. 4. 6. n. 19.* vel saltem ad baculù judiciarium, an *den Gerichtsstab* loco jurisjurandi, præſente ut plurimum toto Senatu, faciendam promissionem. Vid. *J. W. Hoffg. Ordn. p. 3. 2. 26. junctâ p. 1. 2. ult. Rubr. verspruch der Güte gemachte Vergleichungen und Wertträge halten.* ibi: so sollen ihr an Gerichteſtab angloben &c. In quâ ultimâ specie an locum obtineat dispositio *d. Legis 41. C. d. 1.* excussum videre est à Fachinæo, *l. 1. c. 12.* ubi tres diversæ sententiæ recensentur. Add. Covarruv. *ad rubr. de pact. v. 1. §. 2. n. 2.* & quæ in simili, de Transactione, sub promissione, *ben Ehren/wahren Worten/trew und glauben* factâ, tradit Richt. *Dec. 33. per ser.* Secundò haud rarò, in hac præmissis Transactione, certa, in casum Contraventionis, adjicitur pœna, *l. 15. ff. l. 37. l. 41. C. eod.* ubi an, & quo casu simul ad pœnam & transactionis implementum agi possit? vide Vinn. *c. 2. n. 5. Gutierrez. d. jur. confirm. p. 1. c. 60. n. 1.* post Molin. & Mant. Brunnem. *ad l. 16.* Priusquàm verò hoc ipsum fiat, in Supremo hujus inclyci Ducatùs Dicasterio, ut & in aliis benè constitutis Tribunalibus, illud etiam frequentatur, ut talis transactio ab Actuario diligenter annotata, Partibus unâ cum Advocatis, quorum operâ utuntur, in præſentia unius ex Assessoribus, qui Transactioni interfuere, eo sine prælegatur, ut videl. tantò magis de verâ & seriâ transigentium voluntate, & quòd omnia ipsorum intentioni conformiter in scripturam redacta sint, constare possit. Hoffg. *Ordn. d. 1. 26. §. 4.* & consequenter scriptura hic non nisi probationis gratiâ accedit; *l. 5. §. l. 28. C. d. 1.* Obrecht. *p. 1. D. 9. th. 20. Vinn. cap. 2. n. 8.*

XXII. Illud porrò non refert, quocunq; tempore etiam Judicialis Transactione ineat, seu diurno seu nocturno, *l. 20. C. d. 1.* Polydor. Ripa, *de temp. nocturn. c. 111. n. 1.* Vinn. *d. c. 2. n. 8.* plenè Urceol. *Q. s. n. 30.* non obs. *L. 3. §. 31. d. or. 1.* imò etiam die feriato divino, per *l. fin. §. 12.* ibi: *pacta conſervant. transactiones loquantur.* ibique Salycet. *C. de ser. Christianæ. 2. D. 118. in fin.* Federic. de Senis, *cons. 11. n. 20.*



3. & 6. post Panorm. & Bl. Gail. r. O. 53. n. 10. Laut. D. d. ser. §. 22. Franzk. ad eund. t. n. 25. Id quod in vix est, ut etiam ad illas causas pertineat, in quibus requiritur **Causæ Cognitio & Decretum Magistratus**; v. gr. si Transactio super alimentis in ultima voluntate relicta in eatur, per l. 8. d. trans. junctâ d. l. ult. §. 1. ibi: *sic ille dies à Cognitionibus alienis. C. d. ser. vel super causa matrimoniali, per cand. L. ult. & doctrinam Carpz. l. C. l. 3. D. 40. n. 7.* junctis illis, quæ de causis voluntarie Jurisdictionis, causæ cognitionem requirentibus, tradit Franzk. d. l. n. 26. B. Laut. d. vol. juris. th. 52. n. 0. Illud certè, ut Transactio die tali feriatu præcipi possit, non indulget generalitas d. l. fin. nisi summum in mora periculum esset. Neque etiam hoc tempore in hoc Ducatu Transactiones confirmari, patet ex collatione Ord. Dicast. d. 1. 26. §. 4. ibi: *in figendam Hoffg. junctâ p. i. luv. Pr. 1. 22.*

XXIII. Ex dictis patet, quomodo omnis hæc Transactio, quam sub nomine Judicialis efferimus, à non judiciali differat, quòd videl hæc nec à Judice imperetur, nec à Judice concilietur, nec ab illo confirmetur. Sed & quomodo hæc Transactio à Conventione de Transigendo differet? examinat D. Mev. p. 7. D. 203. quò & pertinent, quæ tradit illust. Dn. Ail. Mauri. cons. Chil. 13. n. 8.

XXIV. Finis hujus Transactionis cum causa Impulsivâ ferè coincidit, & est vel remotus, vel propinquus. Ille versatur circa Reipubl. tranquillitatem, (in primis quatenus quæritur de Transactioe à Superioribus imperatâ,) ejusdemque salutem, sopitis litibus inducendam vel firmandam. Hic verò singulorum utilitatem concernit, ut scil. ipsi transigentes à Controversiis discedant in pace iterum & Christianâ concordia, ab omnibus litigii malis immunes, imposterû vivant & quæ plura ex Dabus cumulari hie possent, Jung. Urc. 2. n. 39.

XXV. Videamus Effectus hujus Transactionis. Ille verò regulariter idem est cum qualibet aliâ Transactioe. Nempè sicuti alterius; ita utique multò magis hujus Transactionis, ceu autoritate judiciali celebratæ, non minor est autoritas, quàm rei judicatæ, l. 20. C. d. trans. Hinc in primis hæc Transactio paratam producit executionem; Umm. Disp. ad Proc. 23. th. 2. n. 12. etiam si coram Judice delegato sic facta, post Suarez Ummius, *ibid.* sic ut ille, qui aliquid exindè debet, ad id præstandum executivè compelli possit. Cravetta, cons. 685. n. 27. Menoch. cons. 111. n. 38. Gratian. disc. for. cap. 685. n. 1. æquè videl. ac ex re judicata, vel jurejurando litis decisorio terminata; de quibus plenâ manu ex Dd. Urceol. 2. 69. ubi hoc in omni Transactioe perfectâ locum obtinere dicit.

XXVI. Sed tamen cum Transact. etiam judicialis diversimodè in eatur, nempè vel per contractum innominatum; de quò videat. Matth. Wesenb. senb. ad l. d. trans. n. 7. ibique acerrimus illius custos, Bachov. nec non Hahnus, Brunn. ad l. 28. C. eod. in fin. vel per solennem stipulationem; Jung. Pruckind. cons. 2. n. 48. Vinn. c. 2. n. 5. Buf. ad l. 10. §. 1. n. 1. d. p. 1. Bruñ. ad l. 17. C. d. Tr. Struv. ex. 0. th. 66. Bachov. ad Tr. 1. D. 76th. 6. lit. F. Fachin. l. i. c. 11. & segg. vel denique nudo pacto; Quare illud tantum in examen hie vocamus; Utrum Transactio judicial. persnudum pactum inita, J. etiam Civ. efficacem ad agendum obligationem producat? Quæst. huic ansam præbet Lex 40. §. 1. ff. de pact. ceu quam Ddres de Transactioe in judicio facta vulgo exaudiunt, Wcf. ad l. d. trans. n. 6. Urceol. 2. 4. n. 26. Jafon, ad d. l. 40. n. 9. Et quòd illa loqua-





loquatur de transactione mediante nudò pacto facta, videtur ex illis verbis potere: qui provocavit, pactus est, &c. Verùm (1.) ex verbis hujus L. non probatur, quòd Transactio, de qua sermo est Jcto, in judicio sit inita. 2dò, nullibi in libris nostris hoc adferri videmus, quòd Locus judicii inter Conventionum Vestimenta referatur, sicque pactum in se nudum & ad producendam actionem minus efficax, ex solà Loci, videl. Judicii, adjacentià hanc *évègyeav* consequatur. Tertio, textus hic apertissimè conceptus est de pacto non nudo; verùm legitimo. Agit enim Jctus de tali casu, ubi ille, qui per Judicis sententiam condemnatus fuit, ab illà quidem provocavit; sed, posthabitià deinceps suà appellatione, cum parte adversà ità transegit, quòd, si ipse intra conventum tempus, v. gr. intra mensem, summam in transactione promissam non solverit, ipse iudicatis satisfacere, h. e. summam illam, in quam à Judice condemnatus fuit, prestare velit, eòque ipsò, dum ità sententiam per interpositam appellationem extinctam (Jung. L. 1. in verb. *fn. ad S. Turp.*) pro re iudicatà contra sese agnosceat, & se ex iudicato debitorem profiteretur, ex Constituto, sicque Pacto legitimo Prætorio, obligatur; quod toties contrahitur, quoties quis illud, quod vel ipse, vel alius debet, se soluturum esse constituit, l. 1. *Et t. de constit. pecun.* Planè moribus modernis nudum etiam Pactum ad agendum prodesse, sicque etiam nudò pacto initam Transactionem hunc effectum producere, vel tyronibus constat, in terminis Carpz. l. 5. *Resp. 7. n. 7.* post Joh. Honor. von Axel. & Vinnsiruv. d. 2b. 65. in *fn.* Hahn, ad Wesenb. iii. de *Transact.* n. 7. Andler d. n. 73.

XXVI. Porro inter Effectus Judicialis Transactionis illud peculiariter referri meretur, quòd, si quis super delicto privato, eoque famoso, autoritate Magistratus transigat, ille propterea non fiat infamis, per supra notata in th. 17.

XXVII. Item que si quis super tali delicto, quod pœnam alioqui corporalem meretur, cum suo Adversario, sub autoritate Magistratus Ordinarij Superioris, transigat, tunc quòd etiam talis Pœnæ evitatio obtineri queat, firmatum ibidem. Denique licet hæc Transactio, quoad essentiam, non differat ab extrajudiciali: Attamen illam plus roboris habere, eò quòd Principis & Judicis Præsentia omnem defectum suppleat, arg. l. 19. *C. d. testam.* omnemque fraudis & lesionis præsumptionem excludat, per *C. presentia. de renunt. in 6. c. 16. §. ult. X. d. sent.* & omnia rectè celebrata præsumantur, *c. 23. §. v. r. d. de test.* rectè dicitur ab Hahnio ad *Wes. d. 1. n. 6.* post Felin Ruin. Cravet. Cephalus, l. 4. *C. 552. n. 34.* Gothofr. ad l. 12. *C. d. pact.* Salyc. *ibid. n. 2.* vid. Cothmann. r. 52. n. 107.

XXVIII. Ad effectus Transactionis inter Partes litigantes à Judice tentatæ; sed ab alterà recusatæ illud à Mevio (si tamen rectè ejus dicta percipiuntur) referri videmus, quòd illa Pars, quæ in æquas condiciones, post tractatum amicabilem, transire recusavit, si postea in Lite præoptatà succumbat, etiam si litigandi causam habuerit, semper tamen Parti victrici expensas & damna Judicis verò certam multam persolvere debeat, ad l. *Lubip. 5. §. 2. art. 2. n. 11.* Jung. in *fn.* A. Fab. in *C. S. l. 2. t. 2. D. 1.* quod tn. si non speciali in uno vel altero loco statuto introductum vel consuetudine receptum sit, nostrum facere non possumus; cum hæc ratione famosum illud Interpp. dogma, quò eum, qui justam litigandi causam habuit, ab hac necessitate expensas refundendi immunem pronuntiant; Jung. Farinac. in *Pr. Cr. 2. 16. n. 73. cum ibid. laudatis.* Clezcl. de *appel-*



#17

lat. c. 6. n. 309. B. Dn. Lauterb. de Expens. V. i. th. 42. maximè cum in bene constitutis Tribunalibus, imò juxta noviss. Imp. Rec. loco supra cit. in omnibus, tale amicabile inter Partes Compositionis tentamen, in omnibus causis, præcedere debeat; quò attentò sequeretur, quòd victus semper in expensas, damnandus foret.

19. Mer.  
3. VI. dec.  
246.

XXIX. Circa Contraria notandum, quòd illa regulariter eadem sint, quæ etiam alterius non-judicialis Transactionis, videl. (1.) Error, per l. 29. C. de Transact. post alios infinitos Urceol. q. 96. n. 1. & seqq. (2.) Falsitas instrumentorum, per l. pen. C. cod. r. 2. Cod. si ex fals. instrum. (3.) Adversarii dolus, qui quidem ob Judicis autoritatem vel præsentiam non præsumitur, per prox. notata in thes. 29. sed tamen, si ille legitime demonstretur, ut hoc semper requiritur, per l. 6. C. de dol. ibique D. res, tunc nec de hac specie aliud sentiendum. (4.) Mutuus dissensus, per l. 1. 4. C. d. tr. id quod tn. non perpetuum esse, nec ad illam Tr. pertinere videtur, ad quam Partes litigantes, ob metum armorum, ob publicum scandalum, & sic deinceps à Judice compulsi sunt; utiq; si rescissâ tali Transact. eadem causa duratura sit. (5.) Nova instrumenta post Transactionem demùm reperta; vid. th. 23. Urceol. q. 92. (6.) etiam Metus, per l. 13. C. d. r. non v. regulariter reverentialis, Valeron. l. 6. q. 3. n. 9. id quod imprimis in hac judiciali Tr. obtinere autor est Gamma, Dec. l. sit. 246. in f. G. A. Tesslau. l. 1. q. for. 51. n. 17. Urceol. q. 96. n. 24. & seqq.

XXX. Cæterùm illud hic merito sub incudem vocatur: Utrum, si quis à Superiore compulsus, pacem cum suo adversario inierit, ille ex capite Vis & metus, restitutionem in integrum petendi jus habeat? Quæ questio imprimis in illo locum habet, qui in carcere tamdiu detentus fuit, donec amicabilem cum suo adversario compositionem iniret. Adhanc v. Quæcis ita respondendum: Quòd, si quidem Magistratus, justâ causâ suppetente, & cum necessitas hoc ipsum deposceret, etiam carceris vel pœnæ metu, vel planè per carcerem, aut per arrestum, talem compositionem ab aliquo extorserit, tunc frustra ad Prætoris auxilium recurritur; cum utique Magistratus talem vim jure licito, & jure honoris, quem sustinet, inferat, l. 3. §. 1. ff. quod met. caus. gest. et. dùm talia ob publicam facit utilitatem, post Bl. & Deco Bajard ad Clar. q. 38. n. 76. P. Theodor. in Coll. Cr. c. 10. aph. 4. n. 78 in fin. Guido Papæ, Dec. 316. n. 1. Addeant. quæ in genere, de Magistratu per vim aliquid faciente, tradunt Mevius, p. 2. Dec. 41. & p. 5. D. 273. Brunn. ad d. l. 3. quod met. c. gest. et.

Tandem etiam super illo acerrimè inter Nostrates disputatur: Utrum Transactio judicialis ex capite Læisionis, ad minimum enormissimæ, rescindi possit? Circa quam quest. paucissimis illud præmonitum volumus, ob læsionem, quam dicimus enormem, neque extra, neque Judicalem Transactionem, in specîâ LL. veritate rescindi posse; arg. l. 78. §. fin. ad S. l. Treb. l. 16. l. 19. l. 20. l. 23. C. de Trans. l. 58. de rejud. l. 65. §. 1. de cond. ind. l. 6. C. de iur. & fact. ign. Gail. 2. O. 70. n. 7. & seqq. Franc. Merlin. Dec. 96. n. 71. & B. Laut. d. R. Vend. n. 34. utique nisi diversum in una vel altera regione vel regno specialiter approbatum sit; Vid. omn. Ar. Pinell. ad l. 2. b. 1. c. 4. n. 13. C. de R. P. & tùm de Sax. tùm Würt. Fori usu Dn. Laut. d. l. & innumeri pro affirm. congesti à Berl. p. 2. C. 24.





n. 3. & Matthia Coler. *cons. S. n. 38.* Verum, quantum ad Læſionem enormiffimam; de hac fanè generaliter complures adſtrunt, quòd Transactio nec ob illam reſcindi poſſit; poſt Vinn. Menoch. Gail. Flamin. de Rubcis, Maurit. Gu-tierrez. & Eyerh. Klock. *tom. 2. cons. 51. n. 36.* Vide et. eund. n. 53 B. Mevius, *in p. 4. Dec. 30. & p. 5. Dec. 283. n. 12.* ubi hancce ſententiã non ſolùm verioſiorem, & rectioſiorem; verùm etiam comũnioriẽ & in Pſ. receptioſiorem appellare non dubitant.

XXXII. In ſpecie verò quòd Transactio judicialis, vel judicialiter tantùm confirmata, ex cap. Læſ. in genere nulli reſciſſioni ſubjaceat, contendit Cz. *p. 2. c. 34. D. 4.* Gail. 2. *O. 1. n. 9. & 10.* Cruſ. *ad l. Stat. Mind. tit. 5. Dec. 2. pag. 88.* Richt. *Dec. 99. n. 63.* Brunn. *cons. 97. n. 63.* Bechm. *ex. ad T. S. O. 9. n. 36.* Brunn. *cons. 97. n. 17. & 75.* tùm (1.) ex eo, quòd Judicis præſentia omnẽ ſuppleat defectum; omnemq; læſionis ac fraudis præſumptionem excludat, & omnia à Judice ritè facta præſumantur, Carpz. *d. l. tùm (2.)* ex eo, quòd etiam Diviſio judicial. prætextu læſionis non reſcindatur, imò nec alii à Principe vel Judice confirmati Contraſtus. Brunn. *d. l. n. 18. & 19.* tùm (3.) ex eo, quòd Trans. ex indebito debitum faciat; non v. enormior Læſio dari poſſit, quàm ubi quis dedit, ubi planè nihil debuit; Brunn. *n. 79.* verùm quòd propter enormiffimam Læſionem Dd. etiam in Trans. (in abſtracto conſideratã) hoc remedium in Foro communiter indulgeant, & hoc modo etiam Facultas Francofurt. reſponderit, ipſe etiam Brunnemañus locupletiff. reſtiſt eſt, *ad l. 65. n. 4. ff. de cond. ind.* Eſſeq; hanc ſententiã, ceu ad minimũ æquioſiorem, Hier. Gabr. *1. conf. 158. n. 48.* ſine dubio recipiendã, ait Cravetta, *conf. 151. n. 26. in ſm.* Clemens Merlin. *Dec. 02. n. 9.* Trentac. *V. R. l. 3. r. d. transact. reſol. 1. n. 3.* ſed & juxta eand. in Conſſ. Tubing. reſponſum videre eſt apud Befold. *cons. 254. n. 54. & 57.* Addatur Boc. *Cl. 2. D. 20. th. 28.* Dn. Otto, *cons. exot. 8.* alique innumeri, congeſti per Mantic. *de T. & A. C. l. 26. t. 11. n. 29.* P. Heig. 2. *Q. 9. n. 29.* Fontanell. 4. *P. N. clauſ. 4. gloſſ. l. c. 5. n. 202.* Urceol. *Q. 9. n. 17.* ubi non ſolùm illis, quæ ex Jure Civ. huic traditioni ab aliis opponuntur, ſatiſfacere annittitur; verùm etiam eandem receptioſiorem, & à Rota Rom. ſemper probatam, nec non jx. eandem etiam alibi ſæpiſſimè judicatum, imò (quod dicit Alphoñſ. de Olea, *d. ceſſ. a. 7. l. 2. Q. 1. n. 51.*) contrarium nunquam, quòd quidem ipſe viderit, admiſſum eſſe ſcribit. Unde hancce ſententiã magis communem, & ab eã judican-do & conſulendo non recedendum eſſe; imò omnibus in Curiiſ & Scabinati-bus nec non aliquoties à Facultate Francofurtana, & quotidiano uſu comprobatam eam dicit Joh. Köppen, *Dec. 58. n. 5. & 6.* addens ex Weſ. contrariam ſententiã communem eſſe deſiſſe. Denique quòd illam etiam Cam Imp. judican-do obſervet, obſervavit Myñſing. *C. 6. O. 91. n. ult.* Greve. *l. 2. concl. 70. n. 4.*

XXXIII. Suppoſitò ergò hóc, quòd iſta ſententiã in Foro recepta ſit, jam quid in ſpecie de Judiciali Transactiõne haberi debeat? paucis videndum. Tametſi verò ſuper hac Quæſt. veritas juris imprimis fluctuet, ſatente id Köp-penio, *c. l. n. 20.* tamen veriffimum nobis videtur, quòd, ſi quidem Transactio à Judice imperata, & poſtquam illa à Partibus concluſa, ab illo ſimpliciter confirmata; vel ab ipſo quoque Judice; ſed ſine prævia Cauſæ cognitione conciliata; vel denique à Partibus privatim inita; ſed itidem ad illarum petitionem à Judice ſimpliciter ſit confirmata, in omnibus hiſ caſibus, ſi Læſio enormiff. & illis in locis, in quibus etiam Transactiõnes, ob enormem Læſionem, reſciſſiõni obnoxie ſunt, enormis ſaltem Læſio legitime probetur, non obſtante de

E

creto



creto & autoritate Judiciali, Transactio nihilominus rescindi possit; cum Köpp, *d. l. n. 20.* ubi dicit, hanc sententiam esse magis communem, & pro illa Alex. Bald. Castrens. Panorm. Cravettam, Calcan. Roland à Valle & Percium allegat. Cum enim Magistratus in omnibus his casibus de iustitiâ causâ seu Præsentio- nis ab Actore propositâ haudquaquam cognoscat, neque Judicis autoritas ultra & extra ejus intentionem & cognitionem operari debeat, ac propterea nec om- nis vox Judicis sententia audiat, *l. 7. C. d. sent.* imò Judicis autoritas nihil aliud hinc conferat, quam ut de certitudine Trans. tanto magis constet, sic ut illa adv. contravenientes executioni mandetur; adeoque nulla solida juris ratio suppet- rat, quæ hanc enormissimæ Læs. Querelam in ipsa æquitate fundatam excludat; Quare rectius dicitur, quòd, si talis Læsio probari possit, illa pro Judice & ejus actionibus militans præsumtio ipsi Veritati cedere debeat, ut in termin. ex Gl. Bl. Alex. Simonc. Dec. Ceph. Nat. Paris & Corn. decidit Menoch. *cons. 439. n. 24. & sq.* & in simili de Venditione à Magistratu simpliciter confirmatâ, cum Ca- gnolo, Oldr. & Lupo docet Ar. Pinell. *ad l. 2. p. 2. c. 2. n. 27. C. de R. V.* post Simon- cell. Barbos Sande, Fachin. & alios, B. Laut. *d. R. V. n. 23.* Sfortia Oddus, *d. in int. R. Q. 22. art. 9. n. 52.* Nec enim decretum Judicis inducit præsumptionem juris & de jure; sed probationem in contrarium admittit, Dec. *conf. 351. n. 6.* Berl. *p. 2. D. 263. n. 52.* Fac. quòd & minores in Venditione bonorum immobilium, præviâ licet Causæ cognitione & Judicis decreto, factâ, læsi in integrum restituuntur, *l. 11. C. de rad. min.* & quòd querela enormiss. Læs. etiam contra juratam Trans- actionem, (quicquid dicat Brunn *ad l. 7. n. 16. ad 54. Treb.*) communius concedatur; ut ex Corn. Valeron. Surd. Gallerat. Cyriac. aliisque compluribus firmat Urceol. *Q. 94. n. 25.* Adde alios sexcentos ap. Cothm. *d. conf. 52. n. 190.* Köppen. *d. l. n. 11.* & præsertim Coler. *d. cons. 8. n. 60.* Wesl. *cons. 52. n. 27.* junctâ *L. 2. de int. rej.* Imò quòd etiam contra Magistratûs decreta & sententias, tot juris remedia, si quis per illas se gravatum docere possit, sint comparata, Joh. Köppen. *d. l. ubi n. 23.* itâ valdè confidenter: *Hæc, inquit, conclusio absque omni dubio maximè procedit, si transiens enormissimè fuerit læsus &c.* Et secundum hanc sententiam novissimè etiam amplissima Facultas ad requis. inleyti Elector. Dicasterii Stargar- densis, d. 25. Maji a. curr. in causâ *Guldensaffelscher Erben* / pronuntiavit.

XXXIV. Si verò Transactio ab ipso Judice, posteaquam Controversia cor- ram ipso ventilata & plenè discussa, atque itâ præcedenti non perfunctoriâ; sed diligentè causæ Cognitione sit conciliata vel ab illo confirmata; tunc sanè vix est, ut affirmativa ex mente Interpp. admitti possit; Videat. Beilich. *p. 2. Dec. 263. n. 25. & mult. seqq.* Addat. Klock. *3. cons. 182. n. 908. & sq.* Et sub hac ipsa dis- tinct. postquam modò relatum Ampl. Facult. pronuntiatum jam emanaverat, in term. nobiscum sentire deprehendimus acutiss. Frantzk. *t. 3. R. 3. n. 81. & sqq.* ubi etiam de Transact. coram Delegatis s. Commissariis Judicum ordina- riorum; nec non & de eo: An Minor contra talem Transact. in int. restitu- tionem petere possit? ex professo disquirit; ad quem, ne quis illud: Cui non dictus Hylas puer? nobis jure objiciat, B. L. remissum volumus. Addat. Moller. *in semestr. l. 4. c. 1.* Nec à d. distinct. alienus videtur Brunn. *d. C. 97. n. 27.* De Transactioe coram Notario & testibus initâ, quòd illa ex cap. enor- miss. Læs. benè rescindi queat, videatur Cruf. *d. l. D. 3.*

TANTUM.

DEO SOLI GLORIA!







6.5.76 *ms*





X 2615921


VD 77











B.I.G.

Farbkarte #13

ATIQ JURIDICA, 17.

609

DE

IONE JUDICIALI;

Quam,

1689/4.

TRIUNO NUMINE,

Permissu

PER ANTIQVA EBER-

, ICTOR. COLLEGII;

17

PRÆSIDE

ND-CHRISTOPHORO

TO, U. J. D. & PP. SEREM,

UC. CONSILIARIO;

OATERIO JURIDICO,

d diem 2. August.

Horis consuetis,

e Ventilationi submittit

ICUS REINHARD, Beutel-

co-Schorndorffens.

.incarnat. M. DC. LXXXIX.



UBINGÆ,

ARTINI ROMMEII.

